XXXIX ARTICULI ECCLESIÆ ANGLICANÆ,

TEXTIBUS SACRÆ SCRIPTURÆ

ET

PATRUM PRIMÆVORUM TESTIMONIIS

CONFIRMATI,

BREVIBUSQUE NOTIS ILLUSTRATI.

ADJECTIS INSUPER

Nominibus Auctorum, Locisque

IN QUIBUS

DOCTRINA IN ARTICULIS CONTENTA FUSIUS EXPLICATUR.

EDITIO NOVA.

AUCTORE EDVARDO WELCHMAN,

ARCHIDIACONO CARDIGAN, ET COLL. MERTON. QUONDAM SOCIO.

OXONII:

IMPENSIS J. COOKE, BIBLIOPOLÆ.

M.DCC.XCIII.

AD LECTOREM

PRÆFATIO.

EN tibi, mi Juvenis cariſſime, Articulos Fidei et Religionis, quibus jamdudum Matriculæ Univerſitatis inſerendus pro more ſubſcripſiſti, iterum iterumque, ſi Deus dederit, ſubſcripturus. Quod ut cum judicio in poſterum facias expectat alma Mater Academia, et, ſi Sacros aliquando Ordines ambieris, cum Eruditione etiam ſancta Mater Eccleſia. Utcunque ſit, Articulis hiſce te operam dare oportet, niſi iis ſubſcribere quæ parum intelligis libeat, quod ingenui non eſt animi. At memineris quæſo implicitam fidem ab Eccleſia *Anglicana* improbari. Ut tibi igitur hâc ex parte quodammodo inſervirem, Articulos edere viſum eſt congruentibus Sacræ Scripturæ Textibus munitos, et Notulas quaſdam ſubjicere, in quibus ſumma tantum rerum capita attigi; Lectore, qui plura deſiderabit, ad clariſſimos Eccleſiæ noſtræ Theologos, qui loca quævis fuſius tractarunt, remiſſo. Neque enim is ſum, qui novam Articulorum Expoſitionem moliri auſim, adeo periculoſæ ple-

num opus aleæ, ut ejus causâ vix Hæreseos notam effugerit, magni nominis Præsul, *Gilb. Burnetus*, Episcopus *Sarisburiensis*. Cum vero illius opus multorum convitiis dilaceratum cernerem et è plurium manibus excussum, cum mihi etiam videretur Theologo potius quam Theologiæ studioso legendum, *Beverègii* porro, uti fere solent posthuma, imperfectum esset et vix suum saperet Auctorem, *Ellisii* vero et *Rogersii* quasi jejuna nimis et exanguia respuerent Juvenes: novam viam ingredi consultum duxi, Sæculo huic, quod Nomina magis quam Res sectatur, me nec ingratam nec inutilem operam navaturum sperans, si magnorum Nominum illecebris in Rerum ipsarum Notitiam homines inducerem. Celebres satis sunt quos laudavi Scriptores, et rei quam proposui abunde sufficiunt. Angli omnes, uno *Grotio* excepto, cujus tamen duos tantum libros citavi, eosque universæ Ecclesiæ suffragio comprobatos. A queis vero *Anglicanæ* Ecclesiæ mens petenda est, nisi ab ejusdem Ecclesiæ Scriptoribus? Plures quidem educere possem, at in his delectum quendam habes, et nollem te librorum multitudine opprimere. Inter mille alios, pares his paucos invenies, superiores nullos; *Nowello* præsertim *Juello*que, quibus ad Articulos quod attinet, primæ, post Homilias et Liturgiam, semper tribuendæ sunt; cum non solum maximi fuerint Theologi, sed ipsius etiam Convocationis, in qua editi sunt

et

et confirmati Articuli, pars magna: Hic nimirum Episcopus, Ille Prolocutor.

Ne vero indigneris, quod ad antiquiores hosce scriptores te revocem. Hi enim, ab omni partium studio cæterisque hujus Sæculi vitiis immunes, puram veritatem puris animis secuti sunt et obtinuerunt; neque tam quod sibi suisque gratum dicere studuerunt, quam quod veritati consonum. His autem perlectis, non obsisto quo minus ad recentiores te conferas, quin hortor potius et suadeo. Multos enim habemus lectu sane dignissimos. At si inter legendum, novum aliquid et eatenus inauditum tibi occurrerit (quod hodiernos præsertim indiscriminatim legenti non raro eveniet), tibi caveas quæso. Quid enim Religioni, mille et septingentos annos natæ, jam tandem cum Placitis novis? Porro id ratum tibi fixumque in animo sedeat, nihil esse in Religionem admittendum, nisi quod certissimis Sacræ Scripturæ testimoniis confirmatur; eaque omnia tutò satis ignorari, quæ sancti, tum Primitivæ, tum Reformatæ Ecclesiæ Patres ignorarint: Id demùm verum esse quod primum.

Ex innumeris S. Scripturarum testimoniis ista tibi indicavi, quæ ad rem maxime apposita videbantur. Sed indicavi tantum, eo nempe consilio, ut tute sacros Codices evolvas, Textus cum Contextibus conferas, et propriâ manu exscribens memoriæ penitus infigas. Si ullum tibi sit proficiendi studium, opellam hanc tam uti-

lein, tam neceſſariam minimè detrectabis: Ego ſane eam tibi præreptam nequaquam vellem.

Quamvis autem Articulos Sacræ Scripturæ textibus confirmaſſe revera ſufficiat, et humana teſtimonia ſupervacua ſint ubi ſuppetunt divina; quoniam vero de liquidiſſimis Sacræ Scripturæ textibus lites moveant maleferiati homines, et nos Scripturas in perniciem noſtram detorquere aſſerant Romanenſes, aliique Hæretici: Patrum etiam antiquiſſimorum teſtimonia ſingulis Articulis ſubjungere viſum eſt, ut manifeſtum ſit Eccleſiam *Anglicanam* unà cum iis de Religione ſentire, eandemque doctrinam nunc temporis tueri quam olim primæva Eccleſia. Habes igitur, mi Juvenis, Patres trium primorum Sæculorum Articulis noſtris ſuffragantes; unico *Auguſtino*, ubi hi deficerent, in ſubſidium ſemel vocato, idque in re parum controverſâ. Cæteros ſequioris ævi conſultò omiſi, quoniam id ſolum mihi erat propoſitum, Eccleſiæ noſtræ doctrinam antiquiſſimam eſſe, hoc eſt, puram putam Chriſtianam, probare; quod et ex allatis Teſtimoniis me ſatis abundanter feciſſe plurimùm confido. Multa quidem alia eodem ſpectantia in promptu habeo; iſta autem impræſentiarum miſſa facio, tibi ipſi, uti ſpes eſt, olim colligenda. In Veterum lectione quò magis verſaberis, eò magis tibi cordi erit Eccleſia *Anglicana*.

Unum adhuc reſtat de quo te moneam, nempe Librum hunc Articulorum publicâ auctoritate editum

editum ſancitumque eſſe, *ad tollendam Opinionum Diſſentionem, et Conſenſum in verâ Religione firmandum.* Unde ab iſtorum hominum Errore, ne dicam Fraude, caveas oportet, ex quorum ſententiâ Articulis his ſubſcribere licet etiam ab eiſdem diſſentientibus. Sunt enim qui hos Articulos *Pacis* tantum eſſe volunt, ideo nimirum ut ſubſcribentes non iis conſentire, ſed tantum non palam contradicere obligentur. Aſt editi ſunt, ad tollendam *Opinionum* æque ac Sermonum *diſſentionem*, ad *conſenſum*, in verâ Religione firmandum, non tantum ad diſſentientium ora obturanda. Alii porro aiunt quod Articulis his ex privatâ Interpretatione ſubſcribere liceat, vel contra receptam definitamque Eccleſiæ *Sententiam*. Quibus autem vinculis conſtringendi ſunt hi verſipelles adeo et tam lubricæ fidei, juxta quos vel *Pii IV.* Symbolo, vel etiam *Muhammedis* Alcorano ſubſcribere licet? Proinde ſcias unumquemque Articulis his ſubſcribentem Doctrinam in iiſdem contentam palam approbare, eoſque * *omnes ac ſingulos, in literali grammaticoque ſenſu acceptos, Verbo Dei conſentaneos eſſe* manu ſua affirmare. Qui aliter ſentiens ſubſcribit, ſolennis mendacii reus eſt, non probum Chriſtianum ſed improbum Jeſuitam agit, debitas tantæ perfidiæ pœnas aliquando luiturus.

* V. Declarationem Regiam Articulis præfixam, et Canon. 36.

etiam Sanctamque esse, *Adversarios* Offi[illegible] [illegible] *Dissentientes*, et *Conscientiae* [illegible] [illegible] *scrupulosos*, [illegible] ob [illegible] [illegible] [illegible] ne [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ab [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] hos Articulos *Pacis* tantum esse volunt, adeo [illegible] ut *subscribentis* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sed tantum non palam contradicere [illegible]. [illegible] [illegible] sunt, ad [illegible] [illegible] atque ne Sermonibus *offendiculum*, aut [illegible] in vera Religione [illegible], non tantum ad [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] porro [illegible] quod Articulis his ex privata Interpretatione [illegible] [illegible], vel contra receptam definitionemque Ecclesiae *Sententiam*. [illegible] autem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] adeo et [illegible] [illegible] [illegible] juxta quos vel [illegible] [illegible]. Symbolo, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] unumquemque Articulis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Dei [illegible]

AUCTORES

IN HOC OPERE LAUDATI.

EXPOSITION of the Creed by Bishop Pearson. Folio.
Origines Sacræ by Bp. Stillingfleet. Quarto.
——— his Discourse of the Sufferings of Christ. Octavo.
——— his Vindication of the Doctrine of the Trinity. Octavo.
——— his Idolatry of the Church of Rome. Octavo.
The Principles and Duties of Natural Religion, by Bishop Wilkins. Octavo.
Grotius de Veritate Religionis Christianæ.
——— de Satisfactione Christi. Duodecimo.
Dr. Sherlock's Discourse of the Divine Providence. Quarto.
——————— Discourse of a future Judgment. Octavo.
The Whole Duty of Man.
The Art of Contentment, by the Author of the Whole Duty of Man.
The Lively Oracles, by the same Author.
Mr. Hooker's Ecclesiastical Polity. Folio.
Mr. Ray's Wisdom of God in the Works of the Creation. Edit. 4. Octavo.
Dr. Scott's Christian Life. 3 Vol. Octavo.
Alex. Nowelli Catechismus. Quarto, 1572.
Bp. Jewel's Works. Folio.
Fasciculus Controversiarum Theologicarum, per J. Prideaux, Episc. Wigorn. Quarto.
Mr. Nelson's Companion for the Festivals and Fasts. Edit. 4. 1707. Octavo.
Bp. Cosin's Scholastical Hist. of the Canon of Scripture. Quarto.
G. Bulli, Episc. Menev. Def. Fidei Nicænæ. Quarto vel Folio.
——— Judicium Ecclesiæ Catholicæ de Necessitate credendi quod Christus sit Deus. Oct. vel Fol. cum Grabii Notis.
Archbishop Tillotson's Sermons. Folio.
Dr. Cave's Historia Literaria. 2 Vol. Folio.
——— Discourse of the ancient Church Government. Oct.
G. Outram de Sacrificiis. Quarto vel Octavo.
Bp. Lloyd's Historical Account of Church Government in Great Britain. Octavo.
Dr. Stanhope's Sermon on 2 Tim. iii. 16, 17. Quarto.

Dr.

Dr. Hammond's Practical Catechism. Octavo.
———— Discourse of Schism. Duod.
Bp. Hall's Works. Folio.
Dr. Claget's Sermons. Octavo.
Mr. Burscough's Discourse of Schism. Octavo.
Bp. Abbot's Defence of Mr. Perkins's Reformed Catholick against Bishop. Quarto. 1606.
Bp. Buckeridge's Discourse concerning kneeling at the Communion. Quarto. 1618.
Dr. Field of the Church Fol. Edit. 2d. 1628.
Mr. Wall's History of Infant Baptism. Quarto. Edit. 2d.
———— his Conference. Duod.
Bp. Sanderson's Sermons. Folio.
———— de Obligatione Juramenti. Octavo.
Bp. Patrick's Answer to the Touchstone of the Reformed Gospel. Octavo.
Mason de Ministerio Anglicano. Folio.
—— his Authority of the Church in making Canons, &c. Qu.
Mr. Kettlewell's Measures of Obedience. Quarto.
Dr. Goodman's Penitent pardoned. Octavo.
Mr. Chillingworth's Religion of Protestants a safe Way to Salvation. Folio.
Bp. Potter's Discourse of Church Government. Octavo.
Bp. Bilson of Christian Subjection. Octavo.
Bp. Andrews's Sermons. Folio.
Bp. Blackhall's Sufficiency of Revelation, in eight Sermons, at Mr. Boyle's Lecture. Octavo.
———— Sermon on James ii. 24.
Mr. Walker's modest Plea for Infant Baptism. Duod.
A Discourse of Communion in one Kind. Quarto. 1687.
A Treatise of the Celibacy of the Clergy. Quarto. 1688.
Archbishop Whitgift's Defence of his Answer to the Admonition. Folio.
A Vindication of the Ordinations of the Church of England. Quarto. 1688.
Bp. Bedel's Life and Letters. Octavo.
Book of Homilies.
Book of Canons. 1603.
Book of Common-Prayer.

XXXIX ARTICULI

ECCLESIÆ ANGLICANÆ,

TEXTIBUS [illegible] SCRIPTURÆ [illegible] CON-FIRMATI, BREVIBUSQUE NOTIS ILLUSTRATI.

ARTIC. I.

De Fide in Sacro-sanctam Trinitatem.

UNUS est vivus et verus Deus, æternus, incorporeus, impartibilis, impassibilis, immensæ potentiæ, sapientiæ ac bonitatis, creator et conservator omnium, tum visibilium, tum invisibilium. Et in unitate hujus divinæ naturæ tres sunt Personæ, ejusdem essentiæ, potentiæ ac æternitatis, Pater, Filius et Spiritus Sanctus.

e therefore into all nations baptizing them in ye Name &c" –
Grace of ye Lord Jesus Xst & ye love of God & ye communion of ye Holy Ghost &c"
ten are three that bear record in heaven, ye Father, ye Word &c" –
e & peace be unto you from him, wh is, & wh was, & wh is to come &c"

XXXIX ARTICULI

ECCLESIÆ ANGLICANÆ,

TEXTIBUS E SACRA SCRIPTURA DEPROMPTIS CONFIRMATI, BREVIBUSQUE NOTIS ILLUSTRATI.

ART. I.

De Fide in Sacro-ſanctam Trinitatem.

[a] [2] UNUS eſt [b] vivus, et verus [1] Deus, [c] [3] æternus, [d] [4] incorporeus, [5] impartibilis, [e] [6] impaſſibilis, [f] immenſæ potentiæ, [g] [7] ſapientiæ ac [h] [8] bonitatis, [i] [9] creator et [10] conſervator omnium, tum viſibilium, tum inviſibilium. [k] [11] Et in unitate hujus divinæ naturæ, tres ſunt Perſonæ, ejuſdem eſſentiæ, potentiæ ac æternitatis, Pater, Filius, et Spiritus Sanctus.

[a] 1 Cor. 8. 4.
[b] 1 Theſſ. 1. 9.
[c] 1 Tim. 1. 17.
[d] Joh. 4. 24.
[e] Pſal. 102. 26, 27.
[f] Matt. 19. 26.
[g] Pſ. 147. 5.
[h] Luc. 18. 19.
[i] 1 Col. 1. 16, 17.
[k] Matt. 28. 19. 2 Cor. 13, 14. 1 Joh. 5. 7.

[1] Deum eſſe conſtat, 1. ex ordine Cauſarum, qui ex uno quodam incauſato originem ducit. 2. ex ipſa Dei Idea, quæ in ſe neceſſariam Exiſtentiam implicat. 3. ex Gentium omnium conſenſu. 4. ex Origine Mundi, rerumque ordine & uſu. 5. ex vi Conſcientiæ. 6. ex Prophetiis. 7. ex Miraculis. v. Pearſon in Symbolum Apoſt. Art. 1. Wilkins's Nat. Rel. l. 1. c. 4, 5, 6. Stillingfleet's Orig. Sacr. l. 3. c. 1, 2. Grotius de Ver. l. 1. c. 2. Tillotſon on Job 28. 28.

[2] Unitas

ART. I.

[2] Unitas probatur ex ipsa Dei natura, quæ multitudinem non patitur, eo quod est prima rerum omnium Causa, ultimusque Finis, infinite insuper perfectus : unde si plures essent, alter alterum posset producere, quin et impedire. Proinde cum Unus sufficiat, neque hic neque ille esset necessarius. Deus autem est Ens necessarium, Exod. 3. 14.

Pearson in Symbol. Apost. Art. 1. Wilkins's Nat. Rel. l. 1. c. 8. Grotius de Ver. Rel. l. 1. c. 3.

[3] *Æternus.* Quoniam est prima Causa, quæ ut vel ab alia causa, vel nihilo producatur, impossibile est. Id vero quod absque causa est, ex se est; quod ex se est, nunquam potest non esse.

Wilkins's Nat. Rel. l. 1. c. 8. Grotius de Ver. Rel. l. 1. c. 6.

[4] *Incorporeus.* i. e. immaterialis & Spiritus. Spiritus enim excellentior est Corpore ; quare si Deus esset Corpus, Angelis Animabusque humanis esset ignobilior. Præterea, Materia omnis est ex se iners & otiosa, nec movetur, nisi ab alio sit mota. Deus autem primus est motor.

[5] *Impartibilis.* Partibile enim omne habet partes extra partes, proinde est extensum & quantum ; porro quum quanta non se invicem penetrent, Deus infinitus, si quantus esset, omnia loca impleret, adeo ut nulli alii Corpori esset locus.

[6] *Impassibilis.* Quicquid patitur, à se fortiore patitur, & est aliquo modo impotens. Deus autem est immensæ potentiæ. Ille enim, à quo omnis potentia oritur, Omnipotens sit necesse est. Et si quid Deo resistere posset, vel ex se istam potentiam haberet, proinde esset ipse Deus, vel ex alio, à Deo sc. Unde autem Deus daret potentiam propriâ majorem ?

Angl. *Without parts or passions.* In Scripturis equidem Membra, *oculi,* sc. *manus,* &c. uti et Passiones, ex. gr. *Amor, Ira, Odium,* &c. Deo attribui videntur, quorum omnium, quum sit simplicissima Essentia, immutabilis etiam & semper infinite beatus, prorsus est incapax. Quare ista ἀνθρωποπαθῶς dicta, θεοπρεπῶς intelligenda sunt.

Wilkins's Nat. Rel. l. 1. c. 8. Pearson in Symb. Apost. Art. 6.

[7] *Sapientia* Dei patet ex admirabili rerum Ordine et Usu, ex variis etiam divinæ Providentiæ effectibus.

Wilkins's Nat. Rel. l. 1. c. 6, 9. Ray's Wisdom of God, &c. Sherlock of Providence, c. 8.

[8] *Bonitas* Dei patet ex creatione et conservatione rerum ; maxime autem ex Generis humani per Christum Redemptione.

Sherlock of Providence, c. 7. Wilkins's Nat. Rel. l. 1. c. 10. Art of Contentment, sect. 3, 4. Scott's Christian Life, part 2. vol. 2. pag. 242.

[9] *Creator omnium.* Mundum æternum non esse testantur Artes nuper inventæ, Regiones nuper investigatæ et adhuc incultæ, Historiæ omnes paucos retro annos respicientes. Factus est

ART. I.

est igitur. Ut casu fieret, absurdum et impossibile. Quare Creatorem habuit. Quem vero nisi Deum?

Pearson in Symb. Apost. Art. 1 p.73 Wilkins's Nat. Rel. l. 1. c. 5. Stillingfleet's Orig. Sacr. l. 3. c. 2. Tillotson on Job 28. 28.

[10] *Conservator omnium.* Nihil enim ex se et necessariò existit, præterquam Deus. Dependent igitur omnia à Deo.

Scott's Christ. Life, part 2. vol. 1. c. 4. § 1. Sherlock of Providence, c. 2. Nowelli Catech. p. 49, 50.

[11] *Et in unitate, &c.* Cum Deum unicum esse certo certius sit; attamen et Patri et Filio et Spiritui Sancto assignentur à Scripturâ ea attributa Cultusque quæ Deo soli conveniunt; non immeritò dicitur, unum esse Deum, tres vero Personas.

Stillingfleet's Doctrine of the Trinity. Hooker's Ecc. Pol. l. 5. § 51. Prideaux Fasc. Controv. C. 2. Q. 2. Nelson's Festivals, Trin. Sunday. Nowelli Catech. pag. 46.

CLEMENS ROMANUS. [f] Οὐδὲν ἀδύνατον παρὰ τῷ Θεῷ, ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ πάντα, καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι. *Epist. ad Cor. c.* 27. [k] Οὐχὶ ἕνα Θεὸν ἔχομεν, καὶ ἕνα Χριστὸν, καὶ ἓν Πνεῦμα τῆς χάριτος; *ib. c.*46.

IGNATIUS. [a] Εἷς Θεός ἐστιν ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ Λόγος ἀΐδιος. *Epist. ad Magnes.* [k] Ὑποτάγητε τῷ ἐπισκόπῳ .... ὡς οἱ ἀπόστολοι τῷ Χριστῷ, καὶ τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Πνεύματι. *ib.*

JUSTIN. MARTYR. [a] Ἕνα καὶ μόνον εἶναι Θεὸν, πρῶτόν ἐστι τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας γνώρισμα. *ad Græcos Cohortat. pag.* 34. [k] Ἐκεῖνόν τε καὶ

NIHIL Deo impossibile, in verbo majestatis suæ constituit omnia, et in verbo potest ea subvertere. . . . . Nonne unum Deum habemus, et unum Christum, et unum Spiritum gratiæ?

Unus est Deus, qui manifestavit seipsum per Jesum Christum Filium suum, qui est Sermo ejus æternus. . . . Subditi sitis Episcopo. . . . ut Apostoli Christo, et Patri, et Spiritui.

Unicum esse Deum, est primum veræ Religionis documentum. . . . . Illum, et ejus Filium,

et

ART. I.

τὸν παρ' αὐτȣ͂ Υἱὸν, Πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεϐόμεθα καὶ προσκυνȣ͂μεν. *Apol.* 1. *c.* 6.

ATHENAGORAS. [k] Πρὸς αὐτȣ͂ καὶ δι' αὐτȣ͂ πάντα ἐγένετο, ἑνὸς ὄντος τȣ͂ Πατρὸς καὶ τȣ͂ Υἱȣ͂· ὄντος δὲ Υἱȣ͂ ἐν Πατρὶ, καὶ Πατρὸς ἐν Υἱῷ, ἑνότητι καὶ δυνάμει Πνεύματος. *Legatio pro Christ. pag.* 10. Τίς οὖν οὐκ ἂν ἀπορήσαι, λέγοντας Θεὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν Θεὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, δεικνύντας αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τῇ ἑνώσει δύναμιν, καὶ τὴν ἐν τῇ τάξει διαίρεσιν, ἀκούσας ἀθέους καλουμένους; *ib. pag.* 11.

THEOPHILUS ANTIOCH. [d] Τὸ μὲν εἶδος τοῦ Θεοῦ ἄρρητον καὶ ἀνέκφραστον, καὶ μὴ δυνάμενον ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις ὁρασθῆναι· δόξῃ γάρ ἐστιν ἀχώρητος, μεγέθει ἀκατάληπτος, ὕψει ἀπερινόητος, ἰσχύϊ ἀσύγκριτος, σοφίᾳ ἀσυμβίβαστος, ἀγαθοσύνῃ ἀμίμητος, καλοποιΐᾳ ἀνεκδιήγητος. *ad Autolyc. l.* 1. [k] Αἱ τρεῖς ἡμέραι τῶν φωστήρων γεγονυῖαι τύποι εἰσὶν τῆς τριάδος, τοῦ Θεȣ͂, καὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ τῆς σοφίας αὐτȣ͂. *ib. l.* 2.

et Spiritum propheticum colimus et adoramus.

Ab ipso, et per ipsum facta sunt omnia, quum Pater et Filius unum sint; Filius verò sit in Patre, et Pater in Filio, per unionem et potentiam Spiritûs. . . . Quis igitur non miretur, nos, qui Deum Patrem dicimus, et Deum Filium, et Spiritum Sanctum, eorum in unitate potentiam et in ordine distinctionem, explicantes, Atheos vocari?

Dei quidem forma ineffabilis est, nec corporeis oculis cerni potest. Gloriâ enim infinitus est, magnitudine incomprehensibilis, sublimitate imperceptibilis, potentiâ superexcellens, sapientiâ incomparabilis, bonitate inimitabilis, beneficentiâ inenarrabilis. . . . . Tres Dies Luminaria præcedentes, Typi sunt Trinitatis, Dei, et Verbi ejus, et Sapientiæ ejus.

IRENÆUS. [i] Nihil indiget omnium Deus, sed per Verbum et Spiritum suum omnia faciens et gubernans et omnibus esse præstans. *adv. Hær. l.* 1. *c.* 19. [k] Suscepit [Raab] tres Speculatores, qui speculabantur universam terram, et apud se abscondit,

[illegible]

[illegible] Deum [illegible] Patrem [illegible] [illegible] incomprehensibilis [illegible] Tres [illegible]

[illegible]

condit, Patrem sc. et Filium et Spiritum Sanctum. *ib. l.* 4. *c.* 37. ART. I.

Tertullianus. [k] Connexus Patris in Filio, et Filii in Paracleto, tres efficit cohærentes, alterum ex altero. Qui tres unum sunt, non unus; quomodo dictum est, Ego et Pater unum sumus; ad substantiæ unitatem, non ad numeri singularitatem. *adv. Praxeam. c.* 25. Judaicæ Fidei est res, sic unum Deum credere, ut Filium adnumerare ei nolis, et post Filium, Spiritum. Quid enim erit inter nos et illos, nisi differentia ista? Quod opus Evangelii? Quæ est substantia Novi Testamenti, statuens Legem et Prophetas usque ad Joannem, si non exinde Pater, Filius, et Spiritus tres crediti unum Deum sistunt? *ib. c.* 31.

Cyprianus. [a] Unus omnium Dominus est Deus, neque enim illa sublimitas potest habere consortem, cum sola omnem teneat potestatem. *de Idol. Van.*

[k] Ite et docete gentes omnes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritûs Sancti: Insinuat Trinitatem, cujus Sacramento gentes baptizarentur, *Epist.* 73.

ART. II.

De Verbo, sive Filio Dei, qui verus homo factus est.

1 FILIUS, qui est [a] verbum Patris, [b] 2 ab æterno à Patre genitus, 3 verus et æternus Deus ac 4 Patri consubstantialis, [c] 5 in utero beatæ virginis, ex illius substantiâ naturam humanam assumpsit: [d] ita ut duæ naturæ,

[a] Joh. 1. 1.
[b] Heb. 1. 5—12. Apoc. 22. 13. Isa. 44. 6. Joh. 10. 30.
[c] Luc. 1. 31. Gal. 4. 4.
[d] Apoc. 1. 5, 6, 17, 18. Act. 20. 28.

ART. II. turæ, divina et humana, integrè atque perfectè in unitate personæ fuerint inseparabiliter [6] conjunctæ, ex quibus est unus Christus, verus Deus, et verus homo, [e] qui [7] verè passus est, crucifixus, mortuus, et sepultus, [f] ut [8] Patrem nobis reconciliaret, [g] essetque hostia, non tantum pro [9] culpa originis, verùm etiam pro [10] omnibus actualibus hominum peccatis.

e Matt. 27.
f Ephes. 2. 16, 17, 18.
g Is. 53. 4, 5, 6. 1 Joh. 2. 2. 2 Cor. 5. 21.

[1] *Filius.* Secunda in Trinitate Persona est Λόγος ille à *Johanne* prædicatus. Joh. 1.

[2] *Genitus* quidem, aliter non esset Filius; sed ab æterno, aliter non esset Deus.

[3] *Verus et æternus Deus.* Deus est non *metaphorice*, sed *proprie* sic dictus. Rom. 9. 5.

[4] *Patri consubstantialis,* i. e. unius ejusdemque cum Patre Substantiæ, seu Deitatis.

Pearson in Symbol. Apost. Art. 2. Bulli Judic. Eccl. Cath. et Fidei Nic. Defens. Scott's Christian Life, part 2. c. 7. § 1. Cave Dissertatio de Eusebii Arianism. Prideaux Fasc. Contr. C. 2. Q. 3, 4. Tillotson's Sermons of the Divinity, &c.

[5] Cum Semen *Mulieris* Serpentis caput contriturum promiserat Deus, Gen. 3. 15. necesse erat ut è Virgine nasceretur, aliter enim fuisset Semen *Viri*, pariter ac cæteri omnes.

[6] *Conjunctæ* quidem sunt ambæ naturæ, divina sc. et humana, in Christo sed non confusæ; et ex utrâque naturâ, salvâ tamen utriusque integritate, una fit Persona, de quâ totâ sæpe prædicatur id, quod uni tantum naturæ est proprium. Sic Deus sanguinem effudisse dicitur, Act. 20. 28. et Homo Angelis adorandus proponitur, Hebr. 1. 6. Hujusmodi Prædicatio dicitur *Communicatio Idiomatum*; Conjunctio autem Naturarum, *Unio Hypostatica.* De quâ fœdè erraverunt *Nestorius* in primis et *Eutyches.* Ille dividendo *Personam,* hic confundendo *Naturas.* Sed uterque Error quatuor vocibus jugulatus est à Concilio *Chalcedonensi*: quod docuit J. Christum esse unum eundemque in duabus naturis ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως. i. e. sine naturarum confusione aut mutatione, contra *Eutychem*: sine earundem divisione aut separatione, contra *Nestorium.*

Field of the Church, l. 5. c. 12, 13. Pearson in Symbol. Apost. Art. 3, 4. Scott's Christian Life, p. 2. c. 7. § 1. Nelson's Festivals, Annunciation. Hooker's Eccl. Pol. l. 5. § 51. &c.

[7] *Qui vere passus est,* &c. Se-

Secundum *humanam* naturam, nam quoad *divinam* erat impassibilis.

Pearson in Symbol. Art. 4. Nelson's Fasts, Good Friday.

[8] *Ut Patrem nobis reconciliaret.* Vel (pro S. Scripturæ more) *ut nos Patri reconciliaret.* Utrovis modo exprimatur, eodem recidit, uti contra *Socinum* probavit Pearsonus in Symb. pagg. 364, 365. id certum habemus, Christum morte suâ Benevolentiam divinam nobis conciliasse. Hic enim, ne Genus humanum ob peccata Justitiæ divinæ obnoxium interiret, sese victimam piacularem Deo obtulit, unde dicitur δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν, Matt. 20. 28. et ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, 1 Tim. 2. 6. ART. II.

Outram de Sacrificiis, l. 2. Grotius de Satisfact. Christi. Stillingfleet of the Sufferings of Christ. Scott's Christian Life, part 2. c. 7. § 5. Nelson's Fasts, Good Friday. Nowelli Catech. p. 64, 66. Pearson in Symbol. Art. 10. p. 363.

[9] *Culpa Originis.* v. Art. 9.

[10] *Pro omnibus,* &c. Uno peccato in Spiritum Sanctum excepto. De quo vide Not. ad Art. 16.

CLEMENS ROMANUS. [b] Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ, ὁ Κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας, οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος. *ad Cor. c.* 16. [c] Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν, ἐν θελήματι Θεοῦ, καὶ τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν. *ib. c.* 49.	Sceptrum majestatis Dei, Dominus noster Jesus Christus non venit in jactantiâ superbiæ et arrogantiæ, quamvis potuerit. . . . Dominus noster Jesus Christus, voluntate divinâ, sanguinem suum pro nobis dedit, et carnem pro carne nostrâ, et animam pro animabus nostris.
IGNATIUS. [b] Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν . . . τὸν Κύριον ἡμῶν ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν Θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου . . . [e] ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκὶ . . . [f] ταῦτα γὰρ	Glorifico Jesum Christum Deum. . . . Dominum nostrum verè existentem de genere David secundum carnem, filium Dei, genitum verè ex virgine . . . . verè sub Pontio Pilato et Herode Tetrarcha clavifixum pro nobis

ART. II.

πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς ἵνα σωθῶμεν. *ad Smyrn.* [d] Τὸν ὑπέρκαιρον προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατὸν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθητὸν, [f] τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα. *ad Polycarpum.*

in carne. . . . . Hæc enim omnia passus est pro nobis ut salvemur. . . . Eum qui supra tempus expecta, intemporalem, invisibilem, propter nos visibilem, impalpabilem, impassibilem, propter nos passibilem, secundum omnem modum propter nos sustinentem.

THEOPHILUS ANTIOCH. [a] Ἔχων ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτȣ̃ λόγον ἐνδιάθετον ἐν τοῖς ἰδίοις σπλάγχνοις, ἐγέννησεν αὐτὸν μετὰ τῆς ἑαυτȣ̃ σοφίας, ἐξερευξάμενος πρὸ τῶν ὅλων, &c. *ad Autolyc. l.* 2.

Deus habens Verbum suum insitum in suis visceribus, genuit eum cum sapientiâ suâ eructans ante universa.

JUSTINUS MARTYR. [a] Λόγος πρωτότοκος ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ὑπάρχει, καὶ πρότερον διὰ τῆς τοῦ πυρὸς μορφῆς καὶ εἰκόνος ἀσωμάτȣ τῷ Μωσεῖ καὶ τοῖς ἑτέροις προφήταις ἐφάνη· [c] νῦν δ' ἐν χρόνοις τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς, διὰ παρθένȣ ἄνθρωπος γενόμενος, κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βȣλὴν, [f] ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πιστευόντων αὐτῷ, καὶ ἐξȣθενηθῆναι καὶ παθεῖν ὑπέμεινεν. *Apol.* 1. *c.* 83.

Verbum, Dei primogenitus, est etiam Deus, et priùs per ignis formam et imaginem incorpoream Mosi et cæteris Prophetis apparuit. Nunc autem imperii vestri temporibus, ex Virgine homo genitus, juxta Patris consilium, propter salutem ei credentium nullificari et pati sustinuit.

IRENÆUS. [a] Μάθετε ἀνόητοι, ὅτι Ἰησȣ̃ς ὁ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ κατασκηνώσας ἐν ἡμῖν, ȣ̃τος αὐτός ἐστιν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. *adv. Hær. l.* 1. *c.* 1. § 20.

Discite insensati, quoniam Jesus, qui passus est pro nobis, qui inhabitavit in nobis, idem ipse est Verbum Dei.

[d] Verè Homo et verè Deus. *ib. l.* 4. *c.* 14.

CLE-

ART. II.

Clemens Alexandrinus. [b] Προεῖδε ὁ Κύριος ἡμῶν ὡς Θεὸς καὶ ἃ μέλλει διερωτηθήσεσθαι καὶ ἃ μέλλει τις αὐτῷ ἀποκρίνεσθαι. *Quis div. Salv. c.* 6. [f] Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς κατῆλθε· διὰ τοῦτο ἄνθρωπον ἀνέδυ, ἵνα πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν οὓς ἠγάπησε μετρηθεὶς, ἡμᾶς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἀντιμετρήσῃ· καὶ μέλλων σπένδεσθαι καὶ λύτρον ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς, καινὴν ἡμῖν διαθήκην καταλιμπάνει. *ib. c.* 37.

Origenes. [z] Ἴσωσαν οἱ ἐγκαλοῦντες, ὅτι ὃν μὲν νομίζομεν καὶ πεπείσμεθα ἀρχῆθεν εἶναι Θεὸν καὶ υἱὸν Θεοῦ, οὗτος ὁ αὐτολόγος ἐστὶ καὶ ἡ αὐτοσοφία καὶ ἡ αὐτοαλήθεια· [c] Τὸ δὲ θνητὸν αὐτοῦ σῶμα, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν αὐτῷ ψυχὴν, τῇ πρὸς ἐκεῖνο οὐ μόνον κοινωνίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἑνώσει καὶ κατακράσει τὰ μέγιστά φαμεν προσειληφέναι, καὶ τῆς ἐκείνου θειότητος κεκοινωνηκότα εἰς Θεὸν μεταβεβηκέναι. *contra Celſum, l.* 3. *p.* 135. [a] Ὁ μὲν δημιουργὸς τοῦδε τοῦ παντὸς, υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ. . . . [d] εἰ δὲ τῷ τηλικούτῳ υἱῷ Θεοῦ ἡνῶσθαι φάσκοντες τῇ ἄκρᾳ μετοχῇ ἐκείνου τὴν τοῦ Ἰησοῦ ψυχὴν, οὐκ ἔτι χωριζομένην ἀπ' ἐκείνου αὐτὴν, οὐδὲν θαυμαστόν. *ib. l.* 6. *p.* 308.

Præſciebat Dominus noſter ut Deus, tum quæ interrogandus erat, tum quod reſponſum erat accepturus. . . . . Propter hoc et ipſe deſcendit: propter hoc hominem induit, ut imbecillitati noſtræ quos delexit ſeſe commetiens, ſuæ nobis virtutis menſuram rependeret. Jamque immolandus et ſe pretium redemptionis dans, novum nobis teſtamentum reliquit.

Sciant iſti criminatores hunc Jeſum quem jam olim Deum eſſe credimus Deique filium, eſſe ipſum Verbum, ipſam Sapientiam, et ipſam Veritatem. Cæterùm mortale ejus corpus et humanam in eo animam, illius verbi non ſolùm communicatione, ſed etiam unione et permixtione tantum divinitatis aſſumpſiſſe, ut Deus fieret. . . . . Hujus univerſitatis conditor eſt Dei filius. . . . . Quod autem tanto Dei filio anima Jeſu dicitur unita per ſummam participationem, nunquam ab eo ſeparanda, nil mirum eſt.

Ter-

ART. II. Tertullianus. [a] Hunc ex Deo prolatum dicimus, et prolatione generatum, et idcirco filium et Deum dictum ex unitate substantiæ: nam et Deus Spiritus. . . . Quod de Deo profectum est Deus est et Dei filius, et unus ambo. . . . [c] Iste Dei radius, ut retro semper prædicabatur, delapsus in virginem quandam, et in utero ejus caro figurata, nascitur homo Deo mistus. *adv. Gentes, c.* 21.

Cyprianus. [a] Hic est Virtus Dei, hic Ratio, hic Sapientia ejus et Gloria: [c] hic in virginem illabitur; carnem, Spiritu Sancto cooperante, induitur. Deus cum homine miscetur: hic Deus noster, hic Christus est, [f] qui Mediator duorum, hominem induit quem perducat ad Patrem. Quod homo est, esse Christus voluit, ut et homo possit esse quod Christus est. *de Idol. Van.*

Arnobius. [b] Ergone, inquiet aliquis furens, iratus, et percitus, Deus ille est Christus? Deus respondebimus, et interiorum potentiarum Deus. *adv. Gentes, l.* 1. *pag.* 12.

ART. III.

De Descensu Christi ad Inferos.

[a] Act. 2. 27.

QUEMADMODUM Christus pro nobis mortuus est, et sepultus, [a] ita est etiam credendus [1] ad inferos descendisse.

[1] *Ad inferos.* Anima Christi εἰς ᾅδου, i. e. statum animarum à corporibus separatarum abiit.

Pearson in Symbol. Art. 5.
Hammond's Pract. Cat. l. 5. § 2.
Nowelli Catech. pag. 70, 71.
Field of the Church, l. 5. c. 19.

...umanum ...celestarum ...Pearson on ...Creed. 188-295.

Irenæus. [a] Cum Dominus in medio umbræ mortis obierit, ubi animæ mortuorum erant, post deinde

ART. IV.

24 5-316
6-343

deinde corporaliter resurrexit, et post resurrectionem assumptus est; manifestum est, &c. *adv. Hær. l.* 5. *c.* 31. ART. III.

Tertullianus. [a] Quod si Christus Deus quia et homo mortuus secundum Scripturas et sepultus secundum easdem, huic quoque legi satisfecit formâ humanæ mortis apud inferos functus, &c. *de animâ, c.* 55.

Cyprianus. [a] Quod à morte non vinceretur, nec apud inferos remansurus esset. *Testim. adv. Judæos, l.* 2. *n.* 24.

ART. IV.

De Resurrectione Christi.

[a] [1] CHRISTUS vere à mortuis resurrexit, [b] suumque corpus cum carne, ossibus, [c] omnibusque ad integritatem humanæ naturæ pertinentibus, recepit: [d] cum quibus [2] in cœlum ascendit, [e] ibique residet, [3] quoad extremo die [f] ad judicandos homines reversurus sit.

a Mat. 28. 6. b Luc. 24. 39. c Joh. 20. 27. Act. 10. 41, 42. d Marc. 16. 19. e Act. 3. 20, 21. f Act. 10. 42.

[1] *Christus vere,* &c. Eodem enim cum corpore, quod crucifixum et sepultum est, resurrexit.

Pearson in Symbol. Art. 5. Scott's Christian Life, part 2. c. 7. § 13. Nelson's Festivals, Easter-day. Homily of the Resurrection. Nowelli Catech. p. 71, 72.

[2] *In cœlum ascendit,* nempe in cœlum supremum, ibique residet ad dextram Patris, et pro nobis intercedit.

Nowelli Catech. p. 73. Pearson in Symbol. Art. 6. Scott's Christ. Life, part 2. c. 7. § 5. Nelson's Festivals, Ascension-day.

[3] *Quoad extremo die,* &c. Durationi hujus mundi certus proculdubio annorum, quin et dierum, assignatus est numerus, etiamsi Angelos pariter ac nos lateat. Quo elapso à cœlo redibit Christus omnes homines tam vivos quam mortuos judicaturus, et tunc red-

ART. IV. det unicuique ſecundum opera ſua.

Nowelli Catech. p. 86. Nelſon's Feſtivals, c. 2. Pearſon in Symbol. Art. 7. Sherlock of Judgment. Scott's Chriſt. Life, part 2. c. 7. § 11.

IGNATIUS. [a] Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τ̃ ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς, λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε ὅτι ȣ̓κ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. *ad Smyrn.*

Ego enim et poſt reſurrectionem in carne ipſum fuiſſe novi. Et quando ad eos, qui circa Petrum, venit, ait ipſis, Apprehendite, palpate me, et videte, quoniam non ſum Dæmonium incorporeum.

IRENÆUS. [b] Chriſtus in carnis ſubſtantiâ ſurrexit et oſtendit diſcipulis figuram clavorum et apertionem lateris, hæc autem ſunt indicia carnis ejus quæ reſurrexit à mortuis. *adv. Hær. l.* 5. *c.* 7. [c] Unum et eundem ſciens Jeſum Chriſtum, cui apertæ ſunt portæ cœli propter carnalem ejus aſſumptionem: [f] qui etiam eâdem carne, in quâ paſſus eſt, veniet. *l.* 3. *c.* 18.

TERTULLIANUS. [b] De corporis autem veritate quid poteſt clarius? cum hæſitantibus eis ne phantaſma eſſet, imo phantaſma credentibus, Quid turbati eſtis? inquit, et quid cogitationes ſubeunt in corda veſtra? Videte manus meas et pedes, quia ego ipſe ſum, quoniam Spiritus oſſa non habet ſicut me videtis habere. *adv. Marcion. l.* 4. *c.* 43.

ART. V.

De Spiritu Sancto.

a Joh. 15. 26. b 1 Pet 1. 11. c 1 Cor. 3. 16, 17. ib. 6. 19. Act. 5. 3, 4.

[1] SPIRITUS Sanctus à [a] Patre et [b] Filio procedens [c] ejuſdem eſt cum Patre, et Filio eſſentiæ, majeſtatis, et gloriæ, verus ac æternus [2] Deus.

[1] Quum

ART. V.

[1] Quum istæ operationes Spiritui Sancto attribuantur, quæ non, nisi personæ à Patre et Filio distinctæ, attribui possunt, uti intercedere pro Sanctis, Rom. 8. 27. venire missum à Patre in nomine Christi, Joh. 14. 26. recipere quæ sunt Christi et aliis ostendere, Joh. 16. 14. quinetiam eidem attribuantur ea quæ soli Deo attribui possunt, verbi gratia, Fidelium corpora sibi habere in Templa, 1 Cor. 3. 16. 6. 19. imo Ecclesiam totam sibi æque ac Patri et Filio dedicatam, Mat. 28. 19. necesse est ut Spiritus Sanctus sit verus et æternus Deus, Patri et Filio æqualis, unaque cum illis adorandus et invocandus.

Homily on Whit-Sunday, part 1. Pearson in Symbol. Art. 8. Scott's Christian Life, part 2. c. 7. § 1. Nelson's Festivals, Trinity-Sunday. Prideaux Fasc. Controv. C. 2. Q. 5, 6. Andrews on Acts 19. 1, 2, 3.

[2] Deitatis Spiritus Sancti famosissimus oppugnator fuit Macedonius, Patriarcha Constantinopolitanus. Hæresis ipsa dicta *Pneumatomachorum*, negans sc. Spiritus Sancti Divinitatem, asserensque vim tantum esse creatam, famulum ac ministrum Filii. Quam ut tolleret Concilium Constantinopolitanum primum, verbis in Symbolo Nicæno εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον adjunxit τὸ Κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν.

v. Pearson in Symbol. p. 325.

JUSTINUS MARTYR. [c] Υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, Πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει, ὅτι μετὰ λόγου τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. *Apolog.* I. *c.* 16. Πνεῦμα τὸ προφητικὸν σεβόμεθα, καὶ προσκυνοῦμεν. *ib. c.* 6.

Scientes Filium ipsius veri Dei, et secundo loco habentes, et Spiritum propheticum ordine tertium, quòd cum ratione honoremus demonstrabimus. . . . . . Spiritum propheticum colimus et adoramus.

IRENÆUS. [a] Ecclesia per universum orbem usque ad fines terræ seminata, et ab Apostolis et Discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in unum Jesum Christum filium Dei, incarnatum pro nostrâ salute; et in Spiritum Sanctùm qui per prophetas prædicavit, &c. *adv. Hær. l.* 1. c. 2.

[c] Ministrat ei ad omnia sua progenies et figuratio sua, i. e. Filius et Spiritus Sanctus, Verbum et Sapientia;

 pientia;

ART. V. pientia; quibus serviunt et subjecti sunt omnes Angeli. *ib. l.* 4. *c.* 17.

[c] Quoniam autem et Sapientia, quæ est Spiritus, erat apud Deum ante omnem constitutionem per Salomonem ait: Deus Sapientiâ fundavit terram. *ib. l.* 4. *c.* 37.

Nunc partem aliquam Spiritûs ejus sumimus ad perfectionem et præparationem incorruptelæ, paulatim assuescentes capere et portare Deum. *ib. l.* 5. *c.* 8.

Tertullianus. [a] Hic interim acceptum à patre munus [b] effudit Spiritum Sanctum, tertium nomen Divinitatis et tertium gradum Majestatis. *adv. Praxeam. cap.* 30.

Cyprianus. [c] Si templum Dei factus est, quæro cujus Dei? Si Creatoris, non potuit, qui in eum non credidit; si Christi, nec hujus fieri potest templum, qui negat Deum Christum: si Spiritus Sancti, cum tres unum sint, quomodo Spiritus Sanctus placatus esse ei potest, qui aut Patris, aut Filii inimicus est? *Epist.* 73.

A R T. VI.

De divinis Scripturis, quod sufficiant ad Salutem.

[a] 2 Tim. 3. 15, 16, 17. [b] Matt. 15. 9. Gal. 1. 8, 9.

[a] SCRIPTURA sacra continet omnia [1] quæ ad salutem sunt necessaria, [b] ita ut [2] quicquid in ea nec legitur, neque inde probari potest, non sit à quoquam exigendum, ut tanquam articulus fidei credatur, aut ad salutis necessitatem requiri putetur.

Sacræ Scripturæ nomine, eos [3] Canonicos libros veteris et novi Testamenti intelligimus,

rum, de quorum autoritate, in Ecclesia nunquam dubitatum est.

De nominibus et numero librorum sacræ Canonicæ Scripturæ veteris Testamenti.

Genesis.	Secundus liber Paralipomen.
Exodus.	Primus liber Esdræ.
Leviticus.	Secundus lib. Esdræ.
Numeri.	Liber Hester.
Deuteron.	Liber Job.
Josue.	Psalmi.
Judicum.	Proverbia.
Ruth.	Ecclesiastes, vel Concionator.
Prior liber Samuelis.	Cantica Salomonis.
Secundus liber Sam.	IV. Prophetæ Majores.
Prior liber Regum.	XII. Proph. Minores.
Secund. liber Regum.	
Prior lib. Paralipom.	

Alios autem libros (ut ait *Hieronymus) *legit quidem Ecclesia, ad exempla vitæ, et formandos mores; illos tamen ad dogmata confirmanda non adhibet, ut sunt,*

Tertius liber Esdræ.	Liber Jesu fil. Sirach.
Quartus liber Esdræ.	Baruch Propheta.
Liber Tobiæ.	Canticum trium Puerorum.
Liber Judith.	Historia Susannæ.
Reliquum libri Hester.	De Bel et Dracone.
Liber Sapientiæ.	

Oratio

[illegible]

ARTIC. VI.

De divinis Scripturis, quod sufficiant ad Salutem.

SCRIPTURA sacra continet omnia, quae ad salutem sunt necessaria, ita ut quicquid in ea nec legitur, neque inde probari potest, non sit a quoquam exigendum, ut tanquam articulus fidei credatur, aut ad salutis necessitatem requiri putetur.

Sacrae Scripturae nomine, eos Canonicos libros veteris, et novi, Testamenti intelligi-

mus,

mus, de quorum auctoritate, in [4]Ecclesia nunquam dubitatum est. ART. VI.

De nominibus et numero librorum sacræ Canonicæ Scripturæ veteris Testamenti.

Genesis.
Exodus.
Leviticus.
Numeri.
Deuteron.
Josuæ.
Judicum.
Ruth.
Prior liber Samuelis.
Secundus liber Sam.
Prior liber Regum.
Secund. liber Regum.
Prior lib. Paralipom.
Secundus liber Paralipomen.
Primus liber Esdræ.
[5]Secundus lib. Esdræ.
Liber Hester.
Liber Job.
Psalmi.
Proverbia.
Ecclesiastes, vel Concionator.
Cantica Solomonis.
IV. Prophetæ Majores.
XII. Proph. Minores.

Alios autem libros (ut ait *Hieronymus) *legit quidem Ecclesia, ad exempla vitæ, et formandos mores: illos tamen ad dogmata confirmanda non adhibet, ut sunt:*

Tertius liber Esdræ.
Quartus liber Esdræ.
Liber Tobiæ.
Liber Judith.
Reliquum lib. Hester.
Liber Sapientiæ.
Liber Jesu fil. Sirach.
Baruch Propheta.
Canticum trium Puerorum.
Historia Susannæ.
De Bel et Dracone.

Oratio

ART. VI.

Oratio Manassis.
Prior liber Maccab.

Secundus liber Maccabæorum.

Novi Testamenti omnes libros (ut vulgo recepti sunt) recipimus, et habemus, pro Canonicis.

[1] Omnia enim continet Scriptura quæ vel ad *Fidem* vel ad *Praxim* pertinent, extra quæ nihil à nobis exigit Deus.

[2] Cum ejus sit Salutis conditiones præscribere, cujus est Salutem ipsam conferre: Hominis non est jubere vel docere alia tanquam ad Salutem necessaria, quam quæ Deus ipse in Scripturis jussit et docuit, quæ et ipse ad Salutem sufficere asserit.

Homily of the reading the Holy Scripture. Nowelli Catech. pag. 4. Jewel's Apology Def. part 1. c. 8, 9. Chillingworth's Rel. Prot. c.2. Stanhope on 2 Tim. 3. 16, 17. Hooker's Eccles. Pol. lib. 1. § 14. et l. 2. § 8. Field of the Church, pag. 232, 361, 373. Prideaux Fasc. Controv. C. 1. Q. 6, 7. Hall's Roma Irreconcil. § 16. Bp. Blackhall's eight Sermons at Mr. Boyle's Lecture.

[3] *Canonicos*, i. e. divinitus inspiratos, et nobis in Fidei morumque regulam datos.

[4] *Ecclesia*, sc. universa; de paucis enim, nempe Epistola ad Hebræos, Epistolis Jacobi et Judæ, 2dâ Petri, 2dâ et 3tiâ Johannis et Apocalypsi, à quibusdam Ecclesiis aliquandiu dubitatum est.

Stillingfleet's Orig. Sac. Grotius de Ver. Rel. l. 3. Cosin's Histor. Scholast. Christian's Birthright, § 2. Prideaux Fasc. Controv. C. 1. Q. 2. Hall's Roma Irrecon. § 14. Field of the Church, pag. 224, 378.

[5] *Secundus Liber Esdræ*, i. e. Liber Nehemiæ.

* Præfat. in Proverb.

IGNATIUS. [a] Τὸ εὐαγγέλιον ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας. *Epist. ad Philad.*

Evangelium est perfectio incorruptionis.

TERTULLIANUS. [a] Nobis curiositate opus non est post Christum Jesum, nec inquisitione post Evangelium. Cum credimus, nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse quod ultra credere debeamus. *de præscript. adv. Hæres. c.* 8. [b] Scriptum esse doceat Hermogenis officina. Si non est Scriptum, timeat Væ illud adjicientibus

jicientibus aut detrahentibus destinatum. *adv. Hermogen. c.* 22. ART. VI.

CYPRIANUS. [a] Unde est ista traditio? utrumne de Dominica et Evangelica auctoritate descendens, an de Apostolorum mandatis atque Epistolis veniens? Ea enim facienda esse quæ scripta sunt Deus testatur. *Epist.* 47.

IRENÆUS. [a] Scripturæ quidem perfectæ sunt, quippe à Verbo Dei et Spiritu ejus dictæ. *lib.* 2. *c.* 47. Nos unum et solum verum Deum doctorem sequentes, et regulam veritatis habentes ejus sermones, de iisdem semper eadem dicimus omnes. *l.* 4. *c.* 69.

ORIGENES. [e] Οὐκ ἀγνοητέον δὲ, ὅτι καὶ τὸ εἶναι τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδιδόασι, δύο καὶ εἴκοσιν, ὅσος ὁ ἴσος ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων εἰσίν. *Philocal. cap.* 3.

Non ignorandum est, veteris Testamenti libros, ut Hebræi tradunt, esse viginti duos, quibus æqualis est numerus Elementorum Hebræorum.

ART. VII.

De veteri Testamento.

[a] [1] TESTAMENTUM vetus novo contrarium non est, [2] quandoquidem [b] tam in veteri, quam in novo per Christum, qui [c] unicus est [3] mediator Dei, et hominum, Deus et homo, æterna vita humano generi est proposita. [d] Quare male sentiunt, [4] qui veteres tantum in promissiones temporarias sperasse confingunt. [e] Quanquam [5] lex à Deo data per Mosen

[a] Mat. 5. 17, 18. Act. 18. 28. Joan. 5. 39, 46.
[b] Gen. 3. 15. ib. 12. 3. Dan. 12. 2, 3.
[c] 1 Tim. 2. 5.
[d] Hebr. 11. 10, 14, 26, 35.
[e] Gal. 3. 25. ib. 5. 1. Col. 2. 16, 17. Act. 15. Hebr. 7. 12, 28.

ART. VII. Mosen (quoad cæremonias et ritus Christianos non astringat, neque civilia ejus præcepta in aliquâ republicâ necessariò recipi debeant, [f] nihilominus tamen [6] ab obedientia mandatorum (quæ moralia vocantur) nullus (quantumvis Christianus) est solutus.

[f] Jac. 2. 8, 9, 10, 11.

[1] Tantum abest ut V. et N. Testamenta sint sibi invicem contraria, ut se mutuò stabiliant, sibique invicem auctoritatem concilient.

[2] Idem est utrique propositum, nempe æterna hominum per Christum Salus. *Vetus* quidem Legem nobis dat, eandemque observantibus salutem promittit. Quum tamen ea sit humanæ naturæ infirmitas, ut Legem implere non possit; per Legem Nemo salvatur. Ideoque Christum, unicum salutis auctorem, per Cæremoniarum umbras, Typos et Prophetias indigitat Testamentum *Vetus*, *Novum*que clarè ostentat. Rom. 3. 21. et 16. 26. Gal. 3. 24.

v. Hammond's Pract. Cat. l. 1. § 1. Preface to the Whole Duty of Man, § 12, &c. Claget on 2 Pet. 1. 19. Nowelli Cat. pag. 41.

[3] *Mediator*, tam *Intercessionis* quam *Redemptionis*, 1 Joh. 2. 1.

v. Scott's Christ. Life, part 2. c. 7. § 1. et 6. Nowelli Cat. p. 109.

[4] Veteres Spiritualia et æterna sperasse satis patet ex Heb. 11.

Field of the Church, l. 1. c. 5.

[5] Mosaicæ Legis Cæremonias abolendas fore prædicit Deus, Jer. 31. 31, 32.

Stillingfleet's Orig. Sac. l. 2. c. 7.

[6] Mandata moralia ad naturam humanam adeo sunt accommodata, ut, si irrita fierent, miserrimus esset hominum status; denuo hæc rata fecit ipse Christus, Mat. 5. 17, 18, 19, 20.

Hammond's Pract. Cat. l. 2. § 3. Hooker's Eccl. Pol. lib. 1. § 15.

IGNATIUS. [b] Τοὺς προφήτας ἀγαπῶμεν, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς τὸ εὐαγγέλιον κατηγγελκέναι, καὶ εἰς αὐτὸν ἐλπίζειν, καὶ αὐτὸν ἀναμένειν. *Epist. ad Philad.*

Prophetas diligamus, propter et ipsos Evangelium annunciasse, et in Christum sperare, et ipsum expectare.

[c] Ἀτοπόν

in parenthesis

not very good Latin

sinful flesh

ART. VII.

[c] Ἄτοπόν ἐστι Χριστὸν Ἰησοῦν καλεῖν, καὶ Ἰουδαΐζειν. *Epist. ad Magnes.*

Inconveniens est Jesum Christum perfari, et Judaizare.

THEOPHILUS ANTIOCH. [b] Ἔτι μὲν καὶ περὶ δικαιοσύνης, ἧς ὁ νόμος εἴρηκεν, ἀκόλουθα εὑρίσκεται καὶ τὰ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν εὐαγγελίων ἔχειν, διὰ τὸ τοὺς πάντας πνευματοφόρους ἑνὶ πνεύματι Θεοῦ λελαληκέναι. *ad Autolyc. l.* 3. *pag.* 225.

Præterea de Justitiâ, de quâ Lex loquitur, similia reperiuntur Prophetarum et Evangelistarum scripta continere; nam uno eodemque divino Spiritu inflati, omnes locuti sunt.

IRENÆUS. [b] Non ergo quorundam infidelitatem Legi ascribant: non enim Lex prohibebat eos credere in Filium Dei, sed et adhortabatur dicens, non aliter salvari homines ab antiqua serpentis plaga, nisi credant in eum, qui secundum similitudinem carnis peccati in ligno martyrii exaltatur à terra, et omnia trahit ad se, et vivificat mortuos. *adv. Hæres. l.* 4. *c.* 5. [e] Quoniam à Moyse Lex inchoavit consequenter in Johanne desivit, ad impletionem ejus advenerat Christus. *ib. c.* 8. [f] Quia Dominus naturalia Legis, per quæ homo justificatur, quæ etiam ante Legis dationem custodiebant, qui fide justificabantur et placebant Deo, non dissolvit, sed extendit, sed et implevit ex sermonibus ejus ostenditur: *Dictum est enim,* inquit, *antiquis,* &c. *ib. c.* 27.

ORIGENES. [a] Ὁ πεπαιδευμένος τὴν τοῦ Θεοῦ μουσικὴν ἕν τὸ τέλειον οἶδε καὶ ἡρμοσμένον ὄργανον τοῦ Θεοῦ εἶναι πᾶσαν τὴν γραφὴν, μίαν ἀποτελοῦν ἐκ διαφόρων φθόγγων σωτήριον τοῖς μανθάνειν ἐθέλουσι φωνὴν, καταπαύουσαν καὶ κω-

Divinâ musicâ eruditus novit perfectum et aptum Instrumentum Dei Scripturam universam, quæ unam absolvit ex diversis sonis, iis qui discere volunt, salutarem vocem, vim omnem mali spiri-

λύουσαν

ART. VII.

λύσαν ἐνέργειαν πᾶσαν πονηρȣ͂ πνεύματος. *Philocal. cap.* 6.

[e] Μὴ βȣλομένη γε ἡ πάλαι μὲν τὸν νόμον δεδωκυῖα πρόνοια, νῦν δὲ Ἰησȣ͂ Χριςȣ͂ εὐαγγέλιον, κρατεῖν ἔτι τὰ Ἰȣδαίων· καθεῖλεν αὐτῶν τὴν πόλιν, καὶ τὸν ναὸν, &c. *contra Celsum, l.* 7. *p.* 349.

tûs sedantem et cohibentem.

Providentia, quæ olim Legem dedit, nunc autem Jesu Christi Evangelium, ritus Judaicos adhuc durare nolens, sustulit eorum Urbem, et Templum, &c.

JUSTINUS MARTYR.

[b] Ἐν ταῖς τῶν προφητῶν βίβλοις εὕρομεν προκηρυσσόμενον γεννώμενον διὰ παρθένου . . . . καὶ ςαυρȣ́μενον Ἰησȣ͂ν τὸν ἡμέτερον Χριςὸν, καὶ ἀποθνήσκοντα, &c. *Apolog.* I. *c.* 39.

In libris Prophetarum invenimus prænunciatum Jesum Christum nostrum natum ex Virgine . . . . et crucifixum et mortuum, &c.

[c] Ἠλπίσαμεν δὲ ȣ̓ διὰ Μωσέως, ȣ̓ δὲ διὰ τȣ͂ νόμȣ· ἦ γὰρ ἂν τὸ αὐτὸ ὑμῖν ἐποιȣ͂μεν· νυνὶ δὲ, (ἀνέγνων γὰρ, ὦ Τρύφων) ὅτ' ἔσοιτο καὶ τελευταῖος νόμος, καὶ διαθήκη κυριωτάτη πασῶν, ἣν νῦν δέον φυλάσσειν πάντας ἀνθρώπους, ὅσοι τῆς τȣ͂ Θεοῦ κληρονομίας ἀντιποιοῦνται· ὁ γὰρ ἐν Χωρὴβ παλαιὸς ἤδη νόμος. *Dialog. cum Tryph. pag.* 228. *A.*

Speramus autem non per Mosem, neque per Legem, sic namque vobiscum faceremus. Nunc, autem (legi enim, ô Trypho) futuram fuisse Legem ultimam, ac Testamentum omnium validissimum cui obedire omnes homines nunc oportet, quicunque hæreditatem Dei capessere volunt. Lex enim in Horeb data jam antiquata est.

ART. VIII.

De Notis Symboli.

SYMBOLA tria, Nicaenum, Athanasii, et quod vulgo Apostolorum appellatur, omnino recipienda sunt, et credenda, nam firmissimis Scripturarum testimoniis probari possunt.

ART. VIII.

De tribus Symbolis.

[1] SYMBOLA tria, [2] Nicænum, [3] Athanaſii, et [4] quod vulgo Apoſtolorum appellatur, [5] [a] omnino recipienda ſunt, et credenda, nam firmiſſimis Scripturarum teſtimoniis probari poſſunt. [a] Jud. 3.

[1] *Symbola*, ideo ſic dicta, quoniam ex his, quaſi teſſeris, quibuſdam militaribus, Chriſtiani Catholici ab Infidelibus et Hæreticis dignoſcuntur.

[2] *Nicænum*, ſic dictum, quia maxima ex parte à Patribus in Concilio Nicæno congregatis compoſitum eſt. Quæ vero ad Deitatem Spiritus Sancti attinent à Concilio Conſtantinopolitano ſunt adjecta, uno [Filioque] excepto, quod ab eccleſia occidentali additum eſt.

Field of the Church, l. 3. c. 1. p. 53. Pearſon on the Creed, pag. 325.

[3] *Athanaſii*, ſic dicitur, non quia ab Athanaſio conſcriptum ſit, ſed quia ejuſdem ſententiam ſatis feliciter exprimat, qui fuit orthodoxæ Fidei celeberrimus propugnator.

[4] *Vulgo Apoſt.* Ab Apoſtolis enim ipſis conſcriptum eſſe haud ſatis conſtat.

Hooker's Eccl. Pol. l. 5. § 42. Wall's Hiſt. of Infant Bapt. part 2. c. 9. § 10. Cave's Hiſt. Lit. vol. 1. p. 146. et Vita Athanaſii, § 6. n. 10.

Bulli Judic. Eccleſ. Cath. c. 5. Waterland's Critic. Hiſt. of the Athanaſian Creed.

[5] *Omnino*, &c. Quotquot igitur huic Articulorum libro ſubſcribunt, nec tamen Symbola hæc cum S. Scripturis congruere credunt, et Deo et Hominibus fœdiſſimè mentiuntur.

Singula fere in Symbolis iſtis contenta jam ſupra habes Patrum teſtimoniis confirmata. At quoniam Hæretici in Patres Nicænos et Athanaſium quaſi fidei Chriſtianæ corruptores, acerbè et contumelioſè invehantur; ecce Fidei Expoſitiones Nicænâ antiquiores.

ART. VIII.

Expositio Fidei Catholicæ ex Irenæo *adv. Hær. l. 1. c. 2.*

Ecclesia per universum orbem usque ad fines terræ seminata, et ab Apostolis et Discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in unum Deum, Patrem omnipotentem, qui fecit cœlum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt: et in unum Jesum Christum filium Dei, incarnatum pro nostra salute; et in Spiritum Sanctum, qui per Prophetas prædicavit dispositiones Dei, et adventum, et eam, quæ est ex Virgine, generationem, et passionem, et resurrectionem à mortuis, et in carne in cœlos adscensionem dilecti Jesu Christi Domini nostri, et de cœlis in gloriâ Patris adventum ejus ad recapitulanda universa, et resuscitandam omnem carnem humani generis, ut Christo Jesu Domino nostro, et Deo, et Salvatori, et Regi, secundum Placitum Patris invisibilis, omne genu curvet cœlestium, et terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur ei, et judicium justum in omnibus faciat: Spiritalia quidem nequitiæ, et Angelos transgressos, atque apostatas factos, et impios, et injustos, et iniquos, et blasphemos homines in æternum ignem mittat: justis autem et æquis, et præcepta ejus servantibus, et in dilectione ejus perseverantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex pœnitentiâ, vitam donans, incorruptelam loco muneris conferat, et claritatem æternam circundet.

Ex Tertulliano *de Præscript. adv. Heret. cap. 13.*

Regula est Fidei illa scilicet quâ creditur unum omnino Deum esse, nec alium præter mundi conditorem, qui universa de nihilo produxerit per Verbum

[illegible] fuisse passum, [illegible] ad Verbum Patrem nos appellamus, in nomine Dei Patris [illegible] [illegible], in Prophetis semper auditum, [illegible] ex Spiritu Dei et Virgine [illegible], [illegible] factum in utero ejus, et ex ea [illegible] hominem et [illegible] Jesum Christum, [illegible] legem, et novam promissionem [illegible] cœlorum, virtutes fecisse, [illegible] [illegible] Spiritus Sancti [illegible] [illegible] ad [illegible] æternæ ac promissionis [illegible], et ad [illegible] [illegible] [illegible] mutationes.

Vetus Symbolum Ecclesiæ Hierosolymitanæ, ex Cyrillo.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, et visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia sæcula, Deum verum per quem omnia facta sunt. Incarnatum et hominem factum, crucifixum et sepultum; tertia die resurrexisse, et ascendisse in cœlos, et sedentem ad dexteram Patris; et qui venturus est judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Paracletum, qui locutus est per Prophetas. Et in unum Baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum; et in unam sanctam Catholicam ecclesiam; et in carnis resurrectionem et in vitam æternam.

Expositio Fidei Catholicæ ex Irenæo
adv. Hær. lib. I. c. 2.

Ecclesia per universum orbem usque ad fin
terræ seminata, et ab Apostolis et Discipulis eoru
accepit eam fidem, quæ est in unum Deum, Pa
trem omnipotentem, qui fecit cœlum et terram, e
maria, et omnia quæ in eis sunt; et in unum Je
sum Christum Filium Dei, incarnatum pro nostra sa
lute; et in Spiritum Sanctum, qui per Prophet
prædicavit dispositiones Dei, et adventum, et eam
quæ est ex Virgine generationem, et passionem, e
resurrectionem a mortuis, et in carne in cœlos as
censionem dilecti Jesu Christi Domini nostri, e
de cœlis in gloria Patris adventum ejus ad recapi
tulanda universa, et resuscitandam omnem carnem
humani generis, ut Christo Jesu Domino nostr
et Deo, et Salvatori, et Regi, secundum placitu
Patris invisibilis, omne genu curvet cœlestium, e
terrestrium, et infernorum, et omnis lingua con
fiteatur ei, et judicium justum in omnibus facia
spiritalia quidem nequitiæ, et Angelos transgress
atque apostatas factos, et impios, et injustos, e
iniquos, et blasphemos homines in æternum igne
mittat: justis autem et æquis, et præcepta ejus ser
vantibus, et in dilectione ejus perseverantibus, qu
busdam quidem ab initio, quibusdam autem ex pœ
nitentia, vitam donans, incorruptelam loco munen
conferat, et claritatem æternam circumdet.

X. Ex Tertulliano,
de Præscript. adv. Hær. cap. 13.

Regula est fidei illa, . . . qua creditur unu
omnino Deum esse, nec alium præter mundi con
ditorem, qui universa de nihilo produxerit pe
Verb

Verbum ſuum primo omnium emiſſum: id Verbum Filium ejus appellatum, in nomine Dei varie viſum Patriarchis, in Prophetis ſemper auditum, poſtremo delatum ex Spiritu Dei et virtute in Virginem Mariam, carnem factum in utero ejus, et ex eâ natum hominem et eſſe Jeſum Chriſtum: exinde prædicaſſe novam legem, et novam promiſſionem regni cœlorum, virtutes feciſſe, fixum cruci, tertiâ die reſurrexiſſe: in cœlos ereptum ſedere ad dextram patris: miſiſſe vicariam vim Spiritûs Sancti qui credentes agat: venturum cum claritate ad ſumendos ſanctos in vitæ æternæ et promiſſorum cœleſtium fructum, et ad prophanos adjudicandos igni perpetuo, factâ utriuſque partis reſuſcitatione cum carnis reſtitutione. ART. VIII.

Vetus Symbolum Eccleſiæ Hierosolymitanæ, *ex Cyrillo.*

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, et viſibilium omnium et inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia ſæcula, Deum verum per quem omnia facta ſunt: Incarnatum atque hominem factum, crucifixum et ſepultum; et tertiâ die reſurgentem à mortuis, et aſcendentem in cœlos, et ſedentem ad dextram Patris; et qui venturus eſt judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Paracletum, qui locutus eſt per Prophetas. Et in unum Baptiſmum pœnitentiæ, in remiſſionem peccatorum; et in unam Eccleſiam Catholicam; et in carnis reſurrectionem et in vitam æternam.

ART. VIII.

Gregorii Thaumaturgi, *Neocæſareæ* in *Ponto* Epiſcopi.

Εἷς Θεὸς, Πατὴρ Λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης, καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου· τέλειος τελείου γεννήτωρ· Πατὴρ Υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς Κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ· χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς Θεότητος, Λόγος ἐνεργής· σοφία τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτικὴ, καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητική· Υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ Πατρὸς, ἀόρατος τοῦ ἀοράτου, καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον· καὶ δι' Υἱοῦ πεφηνὸς, δηλαδὴ, τοῖς ἀνθρώποις· εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ τελείου τελεία· ζωὴ, ζώντων αἰτία· πηγὴ ἁγία, ἁγιότης, ἁγιασμοῦ χορηγός· ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ Πατὴρ, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι, καὶ Θεὸς ὁ Υἱὸς, ὁ διὰ πάντων. Τριὰς τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένη μηδὲ ἀπαλλοτριου-

Unus Deus, Pater Verbi viventis, ſapientiæ ſubſiſtentis, et potentiæ et characteris ſempiterni: perfectus perfecti genitor: Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, ſolus ex ſolo, Deus ex Deo; character et imago Deitatis. Verbum efficax. Sapientia conſtitutionis rerum univerſarum comprehenſiva, et potentia univerſæ creaturæ effectiva. Filius verus veri Patris, inviſibilis, ejus qui eſt inviſibilis, et incorruptilis, ejus qui eſt incorruptilis, et immortalis, ejus qui eſt immortalis, et æternus æterni. Et unus Spiritus ſanctus, ex Deo exiſtentiam habens, et qui per Filium apparuit, ſcilicet hominibus: imago Filii, perfecti perfecta; vita viventium cauſa; fons ſanctus, ſanctitas, ſanctificationis ſuppeditator: In quo manifeſtatur Deus Pater, qui ſuper omnia eſt et in omnibus, et Deus Filius, qui per omnia eſt. Trinitas perfecta, quæ gloria et æternitate et regno non dividitur, neque abalienatur.

μένη.

[illegible]

ART. IX.

De Peccato Originali.

PECCATUM originis non est (ut fabulantur Pelagiani) in imitatione Adami situm, sed est vitium, et depravatio naturæ cujuslibet hominis ex Adamo naturaliter propagati: qua fit, ut ab originali justitia quam longissime distet, ad malum sua natura propendeat, et caro semper adversus spiritum concupiscat, unde in unoquoque nascentium, iram Dei atque damnationem meretur. Manet etiam in renatis hæc naturæ depravatio. Qua fit, ut affectus carnis, Græce φρόνημα σαρκὸς (quod alii sapientiam, alii sensum, alii affectum, alii studium carnis interpretantur) legi Dei non subjiciatur. Et quanquam renatis et credentibus nulla propter Christum est condemnatio, peccati tamen in sese rationem habere concupiscentiam, fatetur Apostolus.

[illegible]

[illegible]

[illegible] Unus Deus Pater Verbi [illegible]
viventis, [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible]: per[illegible]
[illegible] perfecti genitor, [illegible]
Pater Filii unigeniti. [illegible]
[illegible] Dominus, solus ex so[illegible]
[illegible] Deus ex Deo, character [illegible]
et imago Deitatis, Verbum [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] universis [illegible]
[illegible] Verus [illegible]
Patris, invisibilis [illegible]
et invisibilis, et incorrup[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Spiritus [illegible]
[illegible] ex Deo [illegible]
[illegible]
[illegible] apparuit, [illegible]
[illegible] imago Filii, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] in quo [illegible]
[illegible] qui [illegible] Deus Pater, qui [illegible]
[illegible] omnia est et in om[illegible]
[illegible] et Deus Filius, qui [illegible]
per omnia est. Trinitas [illegible]
[illegible]
[illegible] et regno non [illegible]
[illegible] neque abalienata [illegible]

μένη. ὔτε ὖν κλιςόν τι, ἢ δοῦλον ἐν τῇ Τριάδι. οὔτε ἐπείσακτον, ὡς πρότερον μὲν οὐχ' ὑπάρχον, ὕςερον δὲ ἐπεισελθόν· ὔτε ὖν ἐνέλιπε ποτὲ Υἱὸς Πατρὸς, ὔτε Υἱῷ τὸ Πνεῦμα· ἀλλ' ἄτρεπῖος καὶ ἀναλλοίωῖος ἡ αὐτὴ Τριὰς ἀεί.

Non igitur creatum quid, aut ſervum in Trinitate, neque ſuperinductitium, quaſi prius non exiſtens, poſterius vero adveniens. Non ergo defuit unquam Filius Patri, neque Filio Spiritus; ſed immutabilis et invariabilis eadem ſemper Trinitas. ART. VIII.

ART. IX.

De Peccato Originali.

[1] PECCATUM originis [a] non eſt (ut fabulantur Pelagiani) in imitatione Adami ſitum, [b] ſed eſt vitium, et depravatio naturæ cujuſlibet hominis ex Adamo [2] naturaliter propagati: qua fit, [c] ut ab originali juſtitia quam longiſſime diſtet, [d] ad malum ſua natura propendeat, [e] et caro ſemper adverſus ſpiritum concupiſcat; [f] unde in unoquoque naſcentium, [3] iram Dei, atque damnationem meretur. [g] [4] Manet etiam in renatis hæc naturæ depravatio. [h] Qua fit, ut affectus, Græce φρόνημα σαρκὸς (quod alii ſapientiam, alii ſenſum, alii affectum, alii ſtudium carnis interpretantur) legi Dei non ſubjiciatur. [i] Et quanquam renatis et credentibus, nulla propter Chriſtum eſt condemnatio, [k] [5] peccati tamen in ſeſe rationem habere concupiſcentiam, fatetur Apoſtolus.

[a] Rom. 5. 14.
[b] Rom. 5. 19.
[c] Rom. 7. 18.
[d] Gen. 8. 21.
[e] Gal. 5. 17.
[f] Rom. 5. 18.
[g] Gal. 5. 17.
[h] Rom. 8. 7.
[i] Rom. 8. 1.
[k] Rom. 7. 7.

[1] Quum

ART. IX.

[1] Quum infantibus æque ac Adultis opus sit Mediatore; est sane in iis aliquid remittendum. Id vero, quid nisi peccatum? Porro quum eisdem non convenit imitatio, restat ut Peccatum hoc sit Vitium et depravatio naturæ.

[2] *Naturaliter prop.* sic ab hoc reatu eximitur Christus, qui *supernaturaliter* est propagatus.

v. Pearson on the Creed, Art. 3. pag. 167.

[3] *Iram Dei*, &c. Hoc vero, non ideo quòd vetiti fructus comesi crimen Adami posteris imputet Deus, quod quidem ipsi Adamo resipiscenti condonasse creditur; sed quod isto peccato Adamus naturam suam penitus corruperit, et ex corrupto Parente corrupta itidem nascamur progenies. Originali enim Justitiâ amissâ nihil boni in nobis manet, sed ad malum omne naturaliter propendemus: proinde sumus *naturâ filii iræ*, Eph. 2. 3. Et quid mirum, si ab impuris nobis et à Deo aversis aversus etiam sit purissimus Deus? Id potius mirandum, quòd perditis adeo deploratisque ulla tandem inventa sit ad salutem via.

Nowelli Catech. p. 53, 54. Homily of the Nativity, and Hom. of the Passion, part 2. Wall's Hist. of Inf. Bapt. part 1. c. 19. Prideaux Fasc. Contr. C. 3. Q. 3.

[4] *Manet etiam*, &c. Hoc certe in dubium revocari non potest, quod tristi nimis experientia plus satis constat.

[5] *Peccati tamen*, &c. Infirmitatis saltem; nisi enim Voluntatem secum rapiat, Voluntarium certe non est, neque in condemnationem renatis imputabitur.

Nowelli Cat. p. 35. Prideaux Fasc. Contr. C. 3. Q. 5. Jewel's Def. Apol. part 2. c. 11. Div. 3. Field of the Church, l. 3. c. 26.

CLEMENS ROMANUS. [b] Ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ οὕτω γέγραπται. Ἰὼβ ἦν δίκαιος καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ· ἀλλ᾽ αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορῶν λέγει, Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου οὐδὲ εἰ μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ. *c.* 17.

Præterea de Job sic scriptum est: Job erat justus, sine crimine, verax, colens Deum, abstinens ab omni malo: sed ille seipsum accusans dicit, Nemo mundus à sorde, etsi vita ejus unius diei fuerit.

IRENÆUS. [b] Quemadmodum in initio per primos, omnes in servitutem redacti sumus debito mortis; sic in ultimo per novissima [f. novissimum] omnes qui ab initio discipuli, emundati et abluti quæ sunt mortis in vitam veniunt Dei. *adv. Hær. l.* 4. *c.* 39.

—— Deum:

——Deum quem in primo parente Adam offendimus, non faciendo quæ præceperat, in secundo autem Adam reconciliati sumus, obedientes usque ad mortem facti. Neque enim alteri cuipiam eramus debitores, sed illi, cujus præceptum transgressi fueramus a principio. Lib. 5. c. 16.

CYPRIANUS. Nemo esse sine sorde et sine peccato potest, apud Job. Quis enim mundus a sordibus? Nemo; etiamsi unius diei sit vita ejus in terra. Item in Psalmo 50. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis concepit me mater mea.* Item in Epistola Joan. c. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est.* *Testim. ad Quirin. Lib. 3. c. 54.*

Porro autem si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint remissa peccatorum datur, et a baptismo atque a gratia nemo prohibetur; quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit? qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. *Epist. 64.*

ART. X.

De libero Arbitrio.

EA est hominis post lapsum Adami conditio, ut se ipse naturalibus suis viribus, et bonis operibus, ad fidem, et invocationem Dei convertere, ac præparare non possit. Quare absque gratia Dei (quæ per Christum est) nos

[b]———Deum: quem in primo quidem Adam offendimus, non facientes ejus præceptum; in secundo autem Adam reconciliati sumus, obedientes usque ad mortem facti. Neque enim alteri cuidam eramus debitores, sed illi, [b] cujus præceptum transgressi fueramus à principio. *id. l.* 5. *c.* 16.

ART. IX.

Cyprianus. [b]Neminem sine sorde et sine peccato esse, apud *Job*, Quis enim mundus à sordibus? Nec unus, etiamsi unius diei sit vita ejus in terra. Item in *Psalmo* 50. *Ecce in iniquitatibus conceptus, et in delictis concepit me mater mea.* Item in Epistola Joannis: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est. Testim. ad Quirinum, l.* 3. *c.* 54.

Porro autem si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint remissa peccatorum datur, et à baptismo atque à gratia nemo prohibetur; [b] quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ primâ nativitate contraxit? qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. *Epist.* 64.

A R T. X.

De libero Arbitrio.

[a1] EA est hominis post lapsum Adæ conditio, ut sese naturalibus suis viribus, et [2] bonis operibus, ad fidem, et invocationem Dei convertere, ac præparare non possit. [b 3] Quare absque gratia Dei ([4] quæ per Christum est) nos

[a] Joh. 15. 4, 5 6. 44. 1 Cor. 2. 14. 12. 3.

[b] Phil. 2. 13.

ART. X. præveniente, ut velimus; et cooperante, dum volumus, ad pietatis opera facienda, quæ Deo grata ſunt, et accepta, nihil valemus.

[1] Hominem creavit Deus in ſuo genere perfectum et libero ad bonum æque ac malum arbitrio. Sed ex hac libertate Homo in peccatum lapſus decidit, Arbitrii ſui vires infregit, quoad bonum liber eſſe deſiit, et factus eſt Servus peccati. Exinde enim ea eſt humani Intellectus cæcitas, ea Voluntatis perverſitas, iſque Paſſionum appetituumque impetus, ut Homo ſibi relictus neque cernere neque eligere poſſit ea quæ vere bona ſunt, ſed in contraria rapiatur. Quare Apoſtolus ait eos qui in carne ſunt, Deo placere non poſſe, Rom. 8. 8. Hinc nobis opus eſt ad omne bonum Sancti Spiritus auxilio. Quod cum excellentiſſimum ſit Dei donum, gratiſque datum, *Gratia* κατ' ἐξοχὴν dicitur. Et nulli quidem deeſſe videtur, qui non deeſt ſibi.

[2] *Bonis operibus*. Opera ante gratiam Chriſti facta poſſunt quandam boni ſpeciem præ ſe ferre, unde *bona* dicuntur, ſed impropriè. Bona enim revera non ſunt. v. Art. 13.

[3] *Quare abſque gratia Dei*, &c. Neque enim credere poſſumus niſi Deus aperiat corda, Act. 6. 14. neque velle, neque agere, niſi ille utrumque in nobis operetur. Phil. 2. 13.

Nowelli Catech. pag. 104. Hammond's Pract. Cat. l. 5. § 4. Wall's Hiſt. of Inf. Bapt. part 1. c. 19. Prideaux Faſc. Contr. C. 3. Q. 4. Hall's Roma Irreconcil. § 8. Field of the Church, p. 281. Pearſon on the Creed, p. 327.

[4] *Quæ per Chriſtum eſt*. Omnia Spiritualia beneficia, quæ Deus in homines contulit, per et propter Chriſtum ſolum contulit. Quapropter Veteres etiam quotquot Deo placuerunt (quoſdam autem ex Veteribus Deo placuiſſe conſtat, Hebr. 11. 5.) id fecerunt non proprii Arbitrii viribus, ſed gratia Dei adjuti, quæ tunc etiam erat per Chriſtum. Hic enim meritis ſuis omnes mundi ætates affecit, ideoque dicitur Agnus mactatus à jactis mundi fundamentis. Apoc. 13. 8. Hic etiam Articulus Pelagianos ferit, qui aſſeruerunt homines naturalibus ſuis viribus ſatis eſſe inſtructos ad bona opera facienda, et gratiam Dei, quâ facilius ejus juſſa obſervemus, ſecundum merita noſtra dari. v. Auguſtin. de Hær. c. 88.

CLEMENS

[illegible] ... Homo a superbia pe- [illegible] ... temporibus, [illegible] ... Deus enim [illegible]

[illegible] Propter hoc ergo [illegible], qui ex Virgine [illegible], ipse Dominus [illegible], quoniam ipse Dominus erat qui salvaret eos, [illegible] per semetipsum [illegible] salvari: et propter [illegible] ... Deinde infert [illegible] ... Deum [illegible]

Nec enim posset quisquam [illegible] Dominica [illegible] ... elementis.

[illegible] ... Sic [illegible] pronunciavit, non [illegible] ... Filii [illegible] ... opus est Dei [illegible]

[illegible] ... ART. [illegible]

ART. X.

Clemens Alexandrinus. [a] Καθ' αὑτὸν μὲν ἀσκῶν καὶ διαπονούμενος ἀπάθειαν ἄνθρωπος, οὐδὲν ἀνύει· ἐὰν δὲ γένηται δῆλος ὑπερεπιθυμῶν τούτου καὶ διεσπουδακὼς, τῇ προσθήκῃ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως περιγίνεται. Βουλομέναις μὲν γὰρ ὁ Θεὸς ταῖς ψυχαῖς συνεπιπνεῖ. *Quis dives salv. c.* 21.

Homo à se operam ponens et laborans ut pravos affectus comprimat, nihil perficit: at si vehementius cupiat, et diligentiam omnem adhibeat, accessu divinæ virtutis, voti fit compos. Deus enim volentibus animis aspirat.

Irenæus. Propter hoc ergo signum salutis nostræ, eum qui ex Virgine Emmanuel est, ipse Dominus dedit, quoniam ipse Dominus erat qui salvabat eos, quia per semetipsos non habebant salvari: et propter hoc Paulus infirmitatem hominis annuntians, ait; *Scio enim quoniam non habitat in carne meâ bonum:* significans, quoniam non à nobis, sed à Deo est bonum salutis nostræ. Et iterum: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Deinde infert liberatorem; *Gratia Jesu Christi Domini nostri. adv. Hær. l.* 3. *c.* 22.

[a] Nec enim potest quisquam extra Dominica constitutus bona, sibimetipsi acquirere salutis elementa. *id. l.* 4. *c.* 27.

Tertullianus. [a] Sic ipse pronuntiavit, non suam, sed Patris facere se voluntatem: sine dubio quæ faciebat, ea erant voluntas Patris, ad quæ nunc nos velut ad exemplaria provocamur, ut et prædicemus, et operemur, et sustineamus ad mortem usque. Quæ ut implere possimus, opus est Dei voluntate. *de Oratione, c.* 4.

ART. XI.

ART. XI.

De Hominis Justificatione.

a Rom. 3. 24, 25, 26. Eph. 2. 8, 9.

[a] [1] TANTUM propter meritum Domini, ac Servatoris nostri Jesu Christi, [2] per fidem, non propter opera, et merita nostra, justi coram Deo reputamur. [b] Quare [3] solâ fide nos justificari, doctrina est saluberrima, ac consolationis plenissima, ut in homiliâ de justificatione hominis, fusius explicatur.

b Rom. 5. 1, 2.

[1] Quum optima etiam optimorum opera sint imperfecta, adeo ut, si Deus intraret in judicium cum servis suis, nemo in conspectu ejus justificaretur, Psalm. 143. 2. sequitur omnes, quotquot justificantur, tantùm propter merita Christi justificari per Fidem, vivam sc. quæ per Charitatem operatur. Galat. 5. 6.

[2] *Per fidem.* Nota *per* fidem nos justificari, non *propter* fidem. Neque enim Fidei nostræ plus meriti inest quam Operibus; quum ipsa etiam sit in nobis imperfecta, et tota, quantacunque sit, sit Dei donum, Ephes. 2. 8. Fides igitur non est causa, sed conditio Justificationis nostræ, quæ soli Dei benignitati meritisque Christi attribuenda est.

[3] *Solâ fide.* Verâ fide haud citiùs imbuitur animus, quam Homo justus coram Deo reputatur. *Corde* enim *creditur ad Justitiam*, Rom. 10. 10. Ast oris etiam confessio, cæteraque bona opera requiruntur ad salutem, ubi ea faciendi adest facultas. Sin vero hæc desit, Fides sola sufficit.

Nowelli Catech. p. 98, 129. Homilies of Salvation and Faith. Hammond. Pract. Cat. l. 1. § 4. Prideaux Fasc. Contr. C. 5. Q. 5. Blackhall on James 2. 24. Hooker's Discourse of Justification. Hall's Roma Irreconcil. § 7. Jewel's Def. Apol. part 1. ch. 9. Div. 4.

CLEMENS ROMANUS.

[a] Καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ κληθέντες, οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιού- μεθα,

Nos etiam ex voluntate ejus in Christo Jesu vocati, non per nos ipsos justificamur, neque per

[illegible]

ART. XII.

De bonis Operibus.

[illegible]

[illegible]

CAP. [illegible]

De [illegible]

TANTUM [illegible] [illegible]
[illegible] Sacramento [illegible] EUCHARISTI[illegible] [illegible]
[illegible] propter [illegible] [illegible]
Jesu Christo Deo [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] de [illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

ART. XI.

μεθα, οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας, ἢ συνέσεως, ἢ εὐσεβείας, ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας· ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως, δι' ἧς πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν. *Epist. ad Cor. c.* 32.

ſapientiam noſtram, intelligentiam, pietatem, vel opera quæ in ſanctitate cordis operati ſumus; ſed per Fidem, per quam Deus omnipotens omnes ab initio juſtificavit.

IRENÆUS. [a] Fides quæ eſt ad Deum altiſſimum juſtificat hominem, *adver. Hær. l.* 4. *c.* 13. *Juſtus enim ex fide vivet.* Hoc autem, quoniam juſtus ex fide vivet, per prophetas prædictum fuerat. *ib. c.* 67.

CYPRIANUS. [a] Fidem in totum prodeſſe et tantum nos poſſe quantum credimus; in *Geneſi:* Et credidit *Abraham* Deo, et deputatum eſt ei ad Juſtitiam. *Teſtim. ad Quirin. l.* 3. *c.* 43.

Et circa *Abraham* benedictio illa præcedens, ad noſtrum populum pertinebat. Nam ſi *Abraham* Deo credidit, et deputatum eſt ei ad Juſtitiam; utique quiſquis Deo credit, et fide vivit, juſtus invenitur. *Epiſt.* 63.

ART. XII.

De bonis Operibus.

[1] BONA opera, quæ ſunt [a] fructus fidei, et juſtificatos ſequuntur, [b] quanquam peccata noſtra expiare, et divini judicii ſeveritatem ferre non poſſunt; [c] Deo tamen grata ſunt, et accepta in Chriſto, [d] atque [2] ex vera et viva fide neceſſario profluunt, [e] ut plane ex illis, æque fides viva cognoſci poſſit, atque arbor ex fructu judicari.

[a] Jac. 2. 17, &c.
[b] 1 Joh. 1. 7. Pſ. 143. 2.
[c] Hebr. 13. 16, 21.
[d] Gal. 5. 6.
[e] Jac. 2. 18. Mat. 7. 16.

[1] *Opera*

ART. XII.

[1] *Opera bona*, etiamsi non meritoria, attamen grata esse Deo, et per Christum accepta ex eo constat, quod Deus nos creaverit in Christo Jesu ad bona opera, Ephes. 2. 10. et Christus semet ipsum dederit, ut purificaret sibi populum peculiarem studiosum bonorum operum, Tit. 3. 14. Qui etiam redditurus est unicuique secundum opera sua, Rom. 2. 6. Imperfecta quidem sunt nostra opera, adeo ut divini judicii severitatem ferre non possint, multò minùs peccata nostra expiare, quin ipsa potius sint Christi meritis expianda. Hujus autem gratiâ benignè nobiscum agit Deus, non severè de nobis judicat, sed impotentiæ nostræ miseretur, et bene, imperfectè licet, agentibus infinita statuit prœmia.

[2] *Ex verâ*, &c. Vera fides charitatem sibi semper adjunctam habet, ideoque nec otiosa est, nec infrugifera: porro quisquis Evangelio veram fidem habet, bonis operibus operam dabit; siquis aliter fecerit, is vel nullam omnino fidem habet, vel mortuam.

Homily of Faith. Nowelli Catech. pag. 45, 46, 101, 102. Hammond's Pract. Cat. l. 1: § 3. Whole Duty of Man, Sunday the first. Jewel's Def. Apol. part 2. c. 20. Div. 1.

IGNATIUS. [a] Ἡ δὲ πίστις ὑμῶν ἀναγωγεὺς ὑμῶν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ ἀναφέρουσα εἰς Θεόν.——Οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ἁμαρτάνει, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖ· φανερὸν τὸ δένδρον ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ, οὕτως οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστιανοὶ εἶναι, δι' ὧν πράσσουσιν ὀφθήσονται. *Epist. ad Ephes.*

Fides vestra dux vester, charitas verò via referens ad Deum.——Nullus fidem repromittens peccat, neque charitatem possidens odit. Manifesta est arbor à fructu ipsius. Sic repromittentes Christiani esse per quæ operantur manifesti erunt.

CLEMENS ROM. [a] Ἀβραάμ, ὁ φίλος προσαγορευθεὶς, πιστὸς εὑρέθη, ἐν τῷ αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασι τοῦ Θεοῦ. *Epist. ad Cor.* c. 10.

Abrahamus, amicus vocatus, fidelis inventus est, eo quòd verbis Dei obediens fuerit.

JUSTINUS MARTYR. [a] Οἳ δ' ἂν μὴ εὑρίσκωνται βιοῦντες ὡς ἐδίδαξε, γνωριζέσθωσαν

Qui non ita vivere comperiuntur, sicut Is docuit, notum sit hos non

[illegible]

ART. XIII.

De Operibus ante Justificationem.

OPERA quae fiunt ante gratiam Christi, et Spiritus ejus afflatum, cum ex fide Jesu Christi non prodeant, minime Deo grata sunt, neque gratiam (ut multi vocant) de congruo merentur. Immo cum non sint facta ut Deus illa fieri voluit et praecepit, peccati rationem habere non dubitamus.

[illegible]

[illegible]

[illegible] Qui non ita vivere [illegible]

θωσαν μὴ ὄντες Χριςιανοὶ κἂν λέγωσιν διὰ γλώττης τὰ τοῦ Χριςοῦ διδάγματα· οὐ γὰρ τοὺς μόνον λέγοντας, ἀλλὰ τοὺς τὰ ἔργα πράττοντας σωθήσεσθαι ἔφη. *Apolog.* I. *c.* 22.

esse Christianos, quamvis doctrinam Christi linguâ profiteantur. Non enim profitentes tantum, sed opera facientes salvandos dixit.

ART. XII.

A R T. XIII.

De Operibus ante Justificationem.

[a] [1] OPERA quæ fiunt ante gratiam Christi, et Spiritus ejus afflatum, cum ex fide Jesu Christi non prodeant, minime Deo grata sunt, [b] neque gratiam (ut multi vocant) [2] de congruo merentur. Immo cum non sint facta, ut Deus illa fieri voluit et præcepit, peccati rationem habere non dubitamus.

[a] Rom. 3. 9, 10, 19, 20, 23. ib. 8. 7, 8.

[b] Tit. 3. 5. Rom. 4. 2, 6.

[1] Ut opera sint perfectè bona, oportet ut (1) à bono fluant principio, viz. à Fide, (2) et in bonum finem tendant, viz. Dei gloriam, (3) prorsus ut ne minimâ ex parte deficiant. Quis vero mortalium ante, quin et post Christi gratiam, in bene agendo eo usque felix? Opera igitur Infidelium, utcunque splendida, ob imperfectionem nihil possunt mereri, et ob defectus mala potius censenda sunt quam bona.

Homily of good Works, part 1. Sanderson on Rom. 3. 8. § 3, 4. Nowelli Catech. pag. 101. Field of the Church, pag. 256.

[2] *De congruo mer.* Quidam ex Scholasticis duplex fingunt Meritum, Meritum *de congruo* et Meritum *de condigno.* Hoc attribuunt operibus, quæ Homo Gratiâ adjutus præstat, et quibus ex *Justitiâ* debetur Merces. Illud operibus, quæ Homo ex solis liberi Arbitrii viribus præstat, et quibus Merces reddenda est *ex Liberalitate* tantum. Unde autem constaret hujusmodi Meritum, quum ex natura mali sumus omnes? In nobis enim non habitat Bonum,

ART. XIII. num. Rom. 7. 18. et Qui in carne sunt Deo placere non possunt. Rom. 8. 8. Ex putribus arboribus mali nascuntur fructus. Matt. 7. 17, 18. Proinde ab aliis, *Romanensibus* etiam, rejicitur hoc Meritum quasi *Pelagianismum* olens.

IGNATIUS. [a] Οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράσσειν οὐ δύνανται, οὐδὲ ἡ ἀπιστία τῆς πίστεως. *Epist. ad Ephes.*

Carnales spiritualia operari non possunt, neque Infidelitas quæ Fidei.

IRENÆUS. [a] Quemadmodum oleaster, si non percipiat insertionem, persevērat inutilis suo Domino per suam silvestrem qualitatem, et quasi infructuosum lignum exciditur, et in ignem mittitur; sic et homo non assumens per fidem Spiritûs insertionem, perseverat hoc esse quod erat ante, caro et sanguis Regnum Dei non possidens. *adv. Hæres. l.* 5. *c.* 10.

ART. XIV.

De Operibus Supererogationis.

[a] Luc. 18. 11, 12, 14.

[a] [1] OPERA quæ supererogationis appellant, non possunt sine arrogantia et impietate prædicari. Nam illis declarant homines, non tantum se Deo reddere, quæ tenentur, sed plus in ejus gratiam facere, quam deberent; cum aperte Christus dicat; [b] cum feceritis omnia quæcunque præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus.

[b] Luc. 17. 10.

[1] Quum lex Dei sit omni ex parte perfecta, et omne bonum opus à nobis exigat; quum etiam Deum ex totâ animâ totisque viribus amare jubeamur, Luc. 10. 27. Iste autem Amor ad omne bonum opus impellit; quis restat locus

[illegible]

Cyprianus. In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit; in Evangelio sanct. Joannis: Nemo potest accipere quicquam, nisi datum fuerit illi de cœlo, Johan. 3. 27.

Quod nemo in opere suo extolli debeat, quod in Evangelio ... Lucæ: [illegible]

ART. XV.

De Christo, qui solus est sine peccato.

CHRISTUS, in nostræ naturæ veritate, per omnia similis factus est nobis, excepto peccato, a quo prorsus erat immunis, tum

[illegible]

[illegible]

[illegible] Inimicitiae quae Fidei [illegible]

[illegible] Quemadmodum [illegible] similiter, si non per-cipiat [illegible] Domino [illegible] Regnum Dei non possidebunt. [illegible]

ART. XIV.

De Operibus Supererogationis.

OPERA quae supererogationis appellant, non possunt sine arrogantia et impietate praedicari. Nam illis declarant homines, non tantum se Deo reddere, quae tenentur, sed plus in ejus gratiam facere, quam deberent: cum aperte Christus dicat: Cum feceritis omnia quaecunque praecepta sunt vobis, dicite, Servi inutiles sumus.

[illegible]

cus operibus supererogationis? et unde esset homo Dei lege perfectior, ipsâ sc. omnis perfectionis normâ, et quæ Deum ipsum in bene agendi exemplar homini proponit? Matt. 5. 48. Tantum abest ut ultra debitum quis bonus sit, ut neque officium suum quis expleat. Quare, omni *supererogandi* opinione abjectâ, ut sua sibi debita remittantur vel optimo cuique quotidie orandum est; ut vero quis *debitor* simul esset atque *supererogator*, est plane absurdum. ART. XIV.

Patrick's Ans. to the Touchstone, § 18. Field of the Church, pag. 331.

CYPRIANUS. [a] In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit; in Evangelio κατὰ Joannem: *Nemo potest quidquam accipere, nisi datum fuerit illi de cælo, &c. Testim. l. 3. c. 4.*

Quod nemo in opere suo extolli debeat; apud *Salomonem in Ecclesiastico: Nolito extollere in faciendo opere tuo.* Item in Evangelio κατὰ *Lucam: Quis vestrûm habens servum arantem, aut pastorem, et venienti de agro dicit continuò, transi, recumbe? sed dicit illi, para aliquid quod cænem, et accingere, et ministra mihi, donec manducem et bibam: et postea tu manducabis et bibes. Numquid habet gratiam servo illi, quia fecit quæ ei imperata sunt? sic itaque et vos cum perfeceritis quæ vobis imperata sunt, dicite: Servi supervacui sumus: quod habuimus facere, fecimus. ib. c. 51.*

ART. XV.

De Christo, qui solus est sine peccato.

[a] 1 CHRISTUS, in nostræ naturæ veritate, per omnia similis factus est nobis, [b] excepto peccato, à quo prorsus erat immunis, tum

[a] Heb. 2. 14.
[b] Heb 4. 15. Joh. 14. 30. 1 Pet. 2. 22.

ART. XV.

[c] Joh. 1. 29. Hebr. 9. 14, 26.
[d] 1 Joh. 3. 5.
[e] Jac. 3. 2.
[f] 1 Joh. 1. 8.

tum in carne, tum in ſpiritu. [c] Venit ut agnus, abſque macula, qui mundi peccata per immolationem ſui ſemel factam tolleret, et [d] peccatum (ut inquit Johannes) in eo non erat: [2] ſed nos reliqui etiam baptizati, et in Chriſto regenerati, [e] in multis tamen offendimus omnes. [f] Et ſi dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, et veritas in nobis non eſt.

[1] *Chriſtus* etſi, æque ac nos, Homo, omni tamen peccati labe fuit immunis; quod ſi Ille alicujus peccati fuiſſet reus, ipſi, uti et nobis, alio Redemptore opus fuiſſet. At quis tandem ille Chriſti Redemptor?

Nowelli Catech. p. 61. Pearſon in Symbol. Art. 3. Scott's Chriſtian Life, p. 2. c. 7. § 5.

[2] *Sed nos reliqui*, &c. Nemo enim mortalium, Chriſto ſolo excepto, perfecte bonus. Pauci quidem in Scriptura dicuntur juſti, ex. gr. Noah, Job, Zacharias, ſed *comparative* tantum, et ſecundum gratuitam Dei miſericordiam; qui animi ſinceritatem pro abſoluta perfectione accipit.

Nowelli Catech. p. 40, 228. Jewel's Apol. Defenſ. part 2. c. 19. Diviſ. 1. Maſon de Miniſt. Angl. l. 5. c. 5. § 8. Field of the Church, p. 293.

against the Docetae —

IRENÆUS. [b] Si quis ſecundum hoc alteram dicit Domini carnem à noſtrâ carne, quoniam iſta quidem non peccavit, neque inventus eſt dolus in animâ ejus, nos autem peccatores, rectè dicit. *l.* 5. *c.* 14.

TERTULLIANUS. [d] Sunt quædam delicta cotidianæ incurſionis, quibus omnes ſumus objecti. Cui enim non accidit aut iraſci inique et ultra Solis occaſum, aut et manum immittere, aut facilè maledicere, aut temerè jurare, aut fidem pacti deſtruere, aut verecundiâ aut neceſſitate mentiri? in negotiis, in officiis, in quæſtu, in victu, in viſu, in auditu, quanta tentamur? ut ſi nulla ſit venia

ART. XVI.

De Peccato post Baptismum.

NON omne peccatum mortale post Baptismum voluntarie perpetratum, est peccatum in Spiritum Sanctum, et irremissibile. Proinde lapsis à Baptismo in peccata, locus poenitentiae non est negandus. Post acceptum Spiritum Sanctum possumus à gratia data recedere, atque peccare, denuoque per gratiam Dei resurgere, ac resipiscere. Ideoque illi damnandi sunt, qui se quamdiu hic vivant, amplius non posse peccare affirmant, aut vere resipiscentibus veniae locum denegant.

nia istorum, nemini salus competat. *de pudicitia, cap.* 19. ART. XVI.

ART. XVI.

De Peccato post Baptismum.

[a] [1] NON omne peccatum mortale post Baptismum voluntarie perpetratum est peccatum in Spiritum Sanctum, et irremissibile. [b] Proinde lapsis à Baptismo in peccata, locus pœnitentiæ non est negandus; [c] [2] post acceptum Spiritum Sanctum possumus à gratia data recedere, atque peccare, denuoque per gratiam Dei resurgere, ac resipiscere: [d] ideoque illi damnandi sunt, qui se quamdiu hic vivant, amplius non posse peccare affirmant, [e] aut vere resipiscentibus veniæ locum denegant.

[a] Mar. 3. 28.
[b] Gal. 6. 1.
[c] Rom. 11. 20. Luc. 22. 32.
[d] 1 Joh. 1. 10.
[e] 2 Cor. 2. 7, 8.

[1] Omne peccatum est ex suâ naturâ mortale, Rom. 6. 23. et in Spiritum Sanctum, æque ac Patrem et Filium; sed remissibile, modo non sit peccatum istud in Spiritum Sanctum κατ' ἐξοχὴν sic dictum. Hoc autem est *Blasphemia* in Spiritum Sanctum. Quo peccato eos solos teneri dicit Hieronymus, "qui cum in virtutibus videant opera Dei, calumnientur et clamitent dæmonis esse Virtutem: et omnia signa quæ facta sunt, non ad divinam magnificentiam, sed ad diabolum pertinere." Hieronym. ad Marcellam, Operum tom. 3. p. 141. Ed. Froben.

Tillotson on Mat. 12. 31, 32. Kettlewell's Measures of Obedience, l. 5. c. 6.

[2] *Post acceptum Spiritum Sanctum,* &c. Hoc patet ex exemplis Davidis, Petri, &c. Quamobrem cum erga peccatores resipiscentes se facilem præbeat Deus, non debet se difficilem præbere Ecclesia.

Homily

ART. XVI. Homily of Repentance, part 1. Kettlewell's Measures of Obedience, l. 5. c. 1. Goodman's Penitent pardoned, l. 3. c. 1. Pearson in Symbol. Art. 10. pag. 368.

CLEMENS ROMANUS. [a] Ἀτενίσωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ὃ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκχυθὲν, παντὶ τῷ κόσμῳ μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν. *Epist. ad Cor. c. 7.*

Respiciamus ad sanguinem Christi, qui propter nostram salutem effusus toti mundo pœnitentiæ gratiam obtulit.

IGNATIUS. [b] Πᾶσιν οὖν μετανοοῦσιν ἀφίει ὁ Κύριος, ἐὰν μετανοήσωσιν εἰς ἑνότητα Θεοῦ καὶ συνέδριον τοῦ ἐπισκόπου. *Epist. ad Philadelph.*

Omnibus pœnitentibus dimittit Dominus; si pœniteant in unitatem Dei et concilium Episcopi.

CLEMENS ALEXANDR. [b] Παντὶ τῷ μετ' ἀληθείας ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπιστρέψαντι πρὸς τὸν Θεὸν ἀνεῴγασιν αἱ θύραι, καὶ δέχεται τρισάσμενος Πατὴρ υἱὸν ἀληθῶς μετανοοῦντα. *Quis dives salv. c. 39.*

Omni sincerè ex toto corde ad Deum converso apertæ sunt portæ, et Pater libens valde suscipit filium verè pœnitentem.

IRENÆUS. [b] Timor Domini initium intelligentiæ; intellectus vero transgressionis fecit pœnitentiam: pœnitentibus autem benignitatem suam largitur Deus. *adv. Hær. l. 3. c. 37.*

CYPRIANUS. [c] Statueramus quidem jampridem, frater charissime, participato invicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab adversario et lapsi fuissent, et sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu pœnitentiam plenam, et si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. [e] Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas et divina clementia, Ecclesiam pulsantibus claudi, et dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de sæculo recedentes sine

[illegible]

ARTIC. XVII.

De Praedestinatione et Electione.

PRAEDESTINATIO ad vitam, est aeternum Dei propositum, quo ante jacta mundi fundamenta, suo consilio, nobis quidem occulto, constanter decrevit, eos quos in Christo elegit ex hominum genere, a maledicto et exitio liberare, atque (ut vasa in honorem efficta) per Christum, ad aeternam salutem adducere. Unde qui tam praeclaro Dei beneficio sunt donati, illi Spiritu ejus, opportuno tempore operante, secundum propositum ejus vocantur, vocationi per gratiam parent, justificantur gratis, adoptantur in filios Dei, unigeniti ejus Jesu Christi imagini efficiuntur conformes, in bonis operibus sancte ambulant, et demum ex Dei misericordia pertingunt ad sempiternam felicitatem.

Quemadmodum praedestinationis et electionis nostrae in Christo pia consideratio, dulcis, suavis et ineffabilis consolationis plena est vere

ſine communicatione et pace ad Dominum dimitterentur; quando promiſerit ipſe, qui legem dedit, ut ligata in terris etiam in cœlis ligata eſſent; ſolvi autem poſſent illic, qui hic prius in Eccleſiâ ſolverentur. *Epiſt.* 57. ART. XVI.

ART. XVII.

De Prædeſtinatione et Electione.

[a] PRÆDESTINATIO ad vitam, eſt æternum Dei propoſitum, quo ante jacta mundi fundamenta, ſuo conſilio, nobis quidem occulto, conſtanter decrevit, [b] eos quos in Chriſto elegit ex hominum genere, [c] à maledicto et exitio liberare, atque (ut vaſa in honorem efficta) per Chriſtum, ad æternam ſalutem adducere. [d] Unde qui tam præclaro Dei beneficio ſunt donati, illi Spiritu ejus, opportuno tempore operante, ſecundum propoſitum ejus vocantur, vocationi per gratiam parent, [e] juſtificantur gratis, [f] adoptantur in filios Dei, [g] unigeniti ejus Jeſu Chriſti imagini efficiuntur conformes, [h] in bonis operibus ſancte ambulant, et [i] demum ex Dei miſericordia pertingunt ad ſempiternam felicitatem.

[a] Eph. 1. 4. 5. Mat. 25. 34. 1 Tim. 1. 9.
[b] 1 Pet. 1. 2.
[c] Gal. 3. 13.
[d] Rom. 8. 30.
[e] Eph. 1. 7.
[f] Gal. 4. 5.
[g] Rom. 8. 29.
[h] Eph. 2. 10.
[i] Eph. 1. 11. 1 Pet. 1. 3, 4, 5.

Quemadmodum prædeſtinationis et electionis noſtræ in Chriſto pia conſideratio, dulcis, ſuavis, et ineffabilis conſolationis plena eſt, vere

ART. XVII. piis, et his qui ſentiunt in ſe vim Spiritus Chriſti, facta carnis, et membra, quæ adhuc ſunt ſuper terram, mortificantem, animumque ad cœleſtia et ſuperna rapientem. Tum quia fidem noſtram de æterna ſalute conſequenda per Chriſtum plurimum ſtabilit, atque confirmat, tum quia amorem noſtrum in Deum vehementer accendit. Ita hominibus curioſis, carnalibus, et Spiritu Chriſti deſtitutis, ob oculos perpetuo verſari prædeſtinationis Dei ſententiam, pernicioſiſſimum eſt præcipitium, unde illos diabolus protrudit, vel in deſperationem, vel in æque pernicioſam impuriſſimæ vitæ ſecuritatem; deinde promiſſiones divinas ſic amplecti oportet, ut nobis in ſacris literis [k] generaliter propoſitæ ſunt, et [l] Dei voluntas in noſtris actionibus ea ſequenda eſt, quam in verbo Dei habemus diſerte revelatam.

[k] Joh. 3. 16. 1 Tim. 2. 4, 6.
[l] Luc. 10. 25, 26, 27, 28.

Totius Articuli Veritas ex Textibus in margine citatis ſatis patet. Monitum autem Lectorem velim Electionis tantùm Gratiam inibi aſſertam eſſe, Reprobationis autem Severitatem intactam prorſus relinqui. Atque ut hic ſe ſiſtat hortor, et curioſitati frænum injiciat. Prædeſtinationis enim doctrina eſt profunda quædam Abyſſus, in qua ſcrutanda Juniorum animos occupari parum expedit. Multo minus decet Concionatores de altis hiſce myſteriis negotium populo faceſſere, ſed promiſſiones divinas generaliter proponere, ut in ſacris literis propoſitæ ſunt, et ut nos eas amplecti oportet.

IGNA-

[illegible]

ART. XVIII.

[illegible]

Clerici.

[illegible]

[illegible] Spiritu
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] in Deum vehe-
[illegible] Ita hominibus curiosis, [illegible]
[illegible] Caroli [illegible]
[illegible] Dei senten-
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] in sacris litteris [illegible]
[illegible]
[illegible] quam in verbo
Dei [illegible]

[illegible]

IGNATIUS. [a] Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν μεγέθει Θεȣ͂ Πατρὸς καὶ πληρώματι, τῇ προωρισμένῃ πρὸ αἰώνων διὰ παντὸς εἰς δόξαν παράμονον, τῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ ȣ͂σῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας.

Ignatius, qui et Theophorus, benedictæ in magnitudine Dei Patris et plenitudine, prædestinatæ ante ſæcula ſemper in gloriam permanentem Eccleſiæ exiſtenti in Epheſo Aſiæ. ART. XVII.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἠγαπημένῃ Θεῷ Πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ ἁγίᾳ, τῇ οὔσῃ ἐν Τράλλεσιν τῆς Ἀσίας, ἐκλεκτῇ.

Ignatius, qui et Theophorus, dilectæ Deo Patri Jeſu Chriſti Eccleſiæ Sanctæ, exiſtenti in Tralleſiis Aſiæ, electæ.

CLEMENS ROMANUS. Ἡ Ἐκκλησία τȣ͂ Θεȣ͂ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην, τῇ Ἐκκλησίᾳ τȣ͂ Θεȣ͂ παροικȣ́σῃ Κόρινθον, κλητοῖς ἡγιασμένοις ἐν θελήματι Θεȣ͂, διὰ τȣ͂ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ͂ Χριστοῦ.

Eccleſia Dei quæ incolit Romam Eccleſiæ Dei quæ incolit Corinthum, vocatis ſanctificatis voluntate Dei per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

ART. XVIII.

De ſperanda æterna Salute tantum in Nomine Chriſti.

[1] SUNT et illi anathematizandi, qui dicere audent unumquemque in lege, aut ſecta quam profitetur eſſe ſervandum, modo juxta illam, et lumen naturæ accurate vixerit; [a] cum ſacræ literæ tantum Jeſu Chriſti nomen prædicent in quo ſalvos fieri homines oporteat.

[a] Joh. 14. 6. Act. 4. 12. 1 Joh. 5. 11, 12.

ART. XVIII.

[a] Hi certe, ſiqui alii, Anathemate digni, quibus inutile prorſus videtur Evangelium. Fruſtra etenim Evangelium revelavit Chriſtus, et fruſtra per totum terrarum orbem prædicari juſſit, ſi Fidem demum habentibus, et non habentibus, æque pateret in Cœlum aditus; quum tamen iis ſolis promittatur Salus, his autem æterna denuncietur damnatio, Mar. 16. 16. Quid de iis facturus ſit Deus, apud quos nunquam prædicatus eſt Chriſtus, noſtrum non eſt decernere. Charitatis quidem eſt, de iis, ſiqui ſint, qui ad rectæ rationis normam vitam moreſque componant, bene ſperare; at eoſdem in pari cum Eccleſia Dei conditione collocare, ſummæ eſt audaciæ. De his autem ſilet Articulus, eoſque ſolos Anathemate ferit, qui omnes Religiones ſuſque deque habent, quaſi omnes Deus etiam perinde haberet; quum tamen Chriſti Religio ſit unica ad ſalutem via à Deo inſtituta.

Sherlock of Judgment, c. 6. Prideaux Faſc. Contr. c. 4. Q. 7. Pearſon on the Creed, p. 349.

IGNATIUS. [a] Μηδεὶς πλανάσθω. Καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ δόξα τῶν Ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι, ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν εἰς τὸ αἷμα Χριστȣ͂, κἀκείνοις κρίσις ἐστίν. *Epiſt. ad Smyrn.* Αὐτὸς ὢν θύρα τȣ͂ Πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἡ ἐκκλησία, *ad Philad.* ȣ͂ χωρὶς τὸ ἀληθινὸν ζῆν ȣ̓κ ἔχομεν. *ad Trallenſes.*

Nullus erret. Et ſupercœleſtia, et gloria Angelorum et Principes viſibiles et inviſibiles, ſi non credant in ſanguinem Chriſti, et illis judicium eſt. . . . . Ipſe eſt janua Patris per quam ingrediuntur Abraham, et Iſaac, et Jacob, et Prophetæ, et Apoſtoli, et Eccleſia. . . . Sine quo verum vivere non habemus.

BARNABAS. [a] Hoc ad quid? ut ſcirent, quia non poſſunt liberari, niſi in cruce Chriſti ſperaverint. *Epiſt. c.* 12.

CYPRIANUS. [a] Non poſſe ad patrem perveniri niſi per filium ejus, Jeſum Chriſtum; in Evangelio κατὰ Joannem: *Ego ſum via, veritas et vita; nemo venit ad patrem niſi per me. Teſtim. ad Quirin. l.* 3. *c.* 24.

ART.

ART. XIX.

De Ecclesia.

ECCLESIA Christi visibilis est [a] cœtus fidelium, in quo verbum Dei purum prædicatur, et sacramenta, quoad ea quæ necessario exiguntur, juxta Christi institutum recte administrantur. [b] Sicut erravit Ecclesia Hierosolymitana, Alexandrina, et Antiochena; ita et erravit Ecclesia Romana, non solum quoad agenda et cæremoniarum ritus, verum in his etiam quæ credenda sunt.

[illegible]

ART. XIX.

ART. XIX.

De Ecclesia.

[1] ECCLESIA Christi visibilis est [a] cœtus fidelium, in quo verbum Dei purum prædicatur, et Sacramenta, quoad ea quæ necessario exiguntur, juxta Christi institutum recte administrantur. [2] Sicut erravit Ecclesia Hierosolymitana, Alexandrina, et Antiochena; ita et erravit Ecclesia Romana, non solum quoad agenda, et cæremoniarum ritus, verum in his etiam quæ credenda sunt.

[a] Act. 2. 42.

[1] Cum Religio sit quæ facit Ecclesiam, non autem Ecclesia quæ facit Religionem; Ecclesia ex Religione discernenda est, non Religio ex Ecclesia. Ecclesia igitur visibilis (nam de invisibili, quæ ex electis solis constat, hic non agitur), ea est, quæ Religionem Christi et Fidem in Patrem, Filium et Spiritum Sanctum tuetur, membra sua in eorum nomen baptizando, et sacram Cœnam, prout Christus instituit, celebrando. Hæc sunt de essentia Ecclesiæ; queis salvis, Ecclesia non esse desinit, etiamsi in cæteris quibusdam erret. Neque enim omnis error destruit Fundamentum. Ecclesiæ autem particulares possunt non tantum errare, sed etiam à Christo penitus deficere. Nam illud Christi, Mat. 16. 18. de *Catholica* tantum *Ecclesia* intelligendum est.

Nowelli Cat. p. 91. Hooker's Eccl. Pol. l. 3. c. 1. Chillingworth's Rel. Prot. c. 3. Homily on Whitsunday, part 2. Prideaux Fasc. Controv. C. 4. § 1. Q. 6. Pearson in Symbol. Art. 9. Field of the Church, l. 2. c. 2.

[2] *Sicut erravit Eccl.* &c. De Ecclesiis Hierosol. Alexandr. et Antioch. fit mentio, quia celeberrimæ fuerunt, et ad Patriarchale culmen, æque ac Romana, evectæ. Ad Romanam vero quod attinet; cum Montano erravit Papa Eleutherius, cum Ario Liberius, cum Pelagio Zosimus, &c. ipsa demum facta est fœdissima errorem sentina. errorum

Abbot's Answer to Bishop's Epistle, § 13. Hall's Dissuasive from Popery.

ART. XIX.

Tertullianus. [a] Apostoli consecuti promissam vim Spiritûs Sancti ad virtutes et eloquium, primò per Judæam contestatâ fide in Jesum Christum, et Ecclesiis institutis, dehinc in Orbem profecti, eandem doctrinam ejusdem fidei Nationibus promulgaverunt, et proinde Ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt, à quibus traducem [f. radicem] fidei, et semina doctrinæ, cæteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, et quotidie mutuantur ut Ecclesiæ fiant. Ac per hoc et ipsæ Apostolicæ deputantur, ut soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne genus ad originem suam censeatur, necesse est. Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ, una est illa ab Apostolis prima, ex quâ omnes. Sic omnes prima et omnes Apostolicæ dum unam omnes probant unitatem [f. veritatem]. Dum est illis Communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et contesseratio hospitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quàm ejusdem sacramenti una traditio. *de præscript. cap.* 20.

N. B. *Ecclesiam Romanam per aliquot sæcula fidem incorruptam servasse*; *unde nil mirum, si à patribus primævis ob constantiam in fide tuendâ laudatam, inveniamus: licet tunc etiam se errori obnoxiam ostenderit, cum, teste* Hieronymo, *in* Esai. 8. &c. *Epistolam ad Hebræos in canonicam Scripturam non reciperet. Ut vero postea à veritate aberraverit, ex sequentibus articulis abunde patebit.*

ART.

ART. XX.

De Ecclesiæ Authoritate.

HABET Ecclesia Ritus sive Cæremonias statuendi jus, et in fidei controversiis auctoritatem; quamvis Ecclesiæ non licet quicquam instituere, quod verbo Dei scripto adversetur, nec unum Scripturæ locum sic exponere potest, ut alteri contradicat. Quare licet Ecclesia sit divinorum librorum testis et conservatrix, attamen ut adversus eos nihil decernere, ita præter illos nihil credendum de necessitate salutis debet obtrudere.

[illegible]

[illegible] Sancti [illegible] Jesus Christus [illegible] Ecclesiae [illegible] Apostolicis [illegible]

[illegible]

ART. XX.

ART. XX.

De Ecclesiæ Auctoritate.

[a] HABET [1] Ecclesia Ritus sive Cæremonias statuendi jus, [b] et in fidei controversiis auctoritatem; [2] quamvis [c] Ecclesiæ non licet quicquam instituere, quod verbo Dei scripto adversetur, nec [d] unum scripturæ locum sic exponere potest, ut alteri contradicat. Quare licet [e] Ecclesia sit divinorum librorum testis et conservatrix, attamen ut [f] adversus eos nihil decernere [g] [3] ita præter illos, nihil credendum de necessitate salutis debet obtrudere.

[a] Esth. 9. 27, 28. Joh. 10. 22, 23. [b] 1 Tim. 1. 3. Tit 3. 10. [c] Mat. 28. 20. [d] Rom. 3. 4. [e] Rom. 3. 2. [f] Act. 4. 19. [g] Gal. 3. 15. ib. 1. 8, 9.

[1] *Ecclesia,* i. e. ii quos penes est Ecclesiastica Auctoritas. Quum eos curare oportet, ut omnia in Ecclesia fiant decenter et in ordine, et recta Fides servetur; Ritus et Cæremonias, sine quibus nihil in publicis Conventibus decenter et in ordine fieri potest, statuendi jus habeant necesse est; nec non in Controversiis Fidei auctoritatem, ne disputationum certaminibus turbetur Ecclesiæ pax, et Hæreticorum sophismatis corrumpantur Fidelium animi.

Mason of the Authority of the Church. Hooker's Eccl. Pol. l. 3. & 8. Potter of Church Government, c. 5. § 2, 7. Field of the Church, l. 4. c. 18.

[2] *Quamvis Ecclesiæ,* &c. Id si liceret, ludibrio propediem haberetur Verbum Dei, et ista ipsa Ecclesiæ Auctoritas intercideret, instabili adeo fundamento innixa.

[3] *Ita præter illos,* &c. v. Art. 6.

IRENÆUS *de Ecclesiis jejunia diemque Paschæ varie observantibus* dicit: [a] οὐδὲν ἔλαττον πάντες ἔτοι εἰρήνευσάν τε καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἡ δια-

Nihilominus omnes hi pacem inter se coluerunt, et nos colimus, et discrepans jejunii ratio concordiam fidei commendat. . . . . . Et ipsi non ob-

ART. XX.

φωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι. . . . καὶ αὐτοὶ μὴ τηροῦντες εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν, ἐν αἷς ἐτηρεῖτο, ἐρχομένοις πρὸς αὐτοὺς, καίτοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν τοῖς μὴ τηροῦσι· καὶ οὐδέποτε διὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησάν τινες. *p.* 465, 466. *et Euseb. Hist. l.* 5. *c.* 24.

servantes cum Episcopis Ecclesiarum, in quibus observabatur, ad se accedentibus pacem retinuerunt quamvis observantia ista valde adversa esset non observantibus, ac nulli unquam hanc ob rem sunt ejecti.

IGNATIUS. [c] Φεύγετε τὰς κακὰς παραφυάδας, τὰς γεννώσας καρπὸν θανατηφόρον· οὗ ἐὰν γεύσεταί τις, παρ' αὐτὰ ἀποθνήσκει. οὗτοι γὰρ οὐκ εἰσὶν φυτεία Πατρός. *Epist. ad Trall.*

Fugite malas propagines generantes fructum mortiferum; quem si gustet quis, statim moritur. Isti enim non sunt plantatio Patris.

CYPRIANUS. [c] Ab Evangelicis præceptis omnino non recedendum esse, et eadem quæ Magister docuit et fecit, discipulos quoque observare et facere debere, constantiùs et fortiùs alio in loco beatus Apostolus docet, dicens: *Miror quod sic tam cito demutamini*, &c.

Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. *Epist.* 63.

ART. XXI.

De Auctoritate Conciliorum Generalium.

[a] Rom, 13. 1.

[1] GENERALIA Concilia, [a] sine jussu, et voluntate principum congregari non possunt, et ubi convenerint, [2] quia ex hominibus constant, qui non omnes Spiritu, et verbo

Dei

[illegible]

[illegible]

ART. XXI.

De Auctoritate Conciliorum Generalium.

GENERALIA Concilia, * sine jussu, et voluntate principum congregari non possunt, et ubi convenerint, * quia ex hominibus constant, qui non omnes Spiritu et verbis [illegible]

Dei reguntur, et errare poſſunt, et interdum errarunt, etiam in his quæ ad Deum pertinent: [3] ideoque quæ ab illis conſtituuntur, ut ad ſalutem neceſſaria, neque robur habent, neque auctoritatem, niſi oſtendi poſſint è ſacris literis eſſe deſumpta. ART. XXI.

[1] Cum Epiſcopis non liceat è Patria ſua excurrere, et in aliorum Ditiones migrare, abſque Principum licentia, non poſſunt ſine voluntate Principum ad generalia Concilia convenire.

Andrews's Sermon of calling Aſſemblies. Jewel's Apol. Def. part 6. c. 12. Div. 2. &c. Hooker's Eccl. Pol. l. 8. Field of the Church, l. 5. c. 22.

[2] *Quia ex hominibus,* &c. Epiſcopi æque ſunt homines in Concilio ac extra Concilium, et humanis affectibus obnoxii; quare nil mirum, ſi, quod humanum eſt, errare poſſint: et de facto erraſſe conſtat.

Bilſon of Chriſtian Subjection, part 2. p. 369. Prideaux Faſc. Contr. C. 4. Q. 4. Jewel's Apol. Defenſ. part 4. ch. 22. Div. 3, 4. Field of the Church, l. 5. c. 51.

[3] *Ideoque quæ,* &c. v. Art. 6.

Concilia quidem Provincialia multa fuerunt, at Generale nullum ante Conſtantinum, *cujus et auctoritate primum,* Nicænum *ſc. congregatum eſt, uti et ſequentia ſequentium Imperatorum.*

IGNATIUS. Κωφώθητε, ὅταν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλῇ τις. *Epiſt. ad Trall.*

Obſurdeſcite, quando vobis ſine Jeſu Chriſto loquitur quis.

ART.

ART. XXII.

ART. XXII.

De Purgatorio.

[a] 1 Joh. 1. 7. Apoc. 14. 13. [b] 1 Joh. 1. 9. [c] Deut. 27. 15. 1 Joh. 5. 21. [d] Act. 8. 2. 2 Reg. 18. 4. [e] Ps. 65. 2. Apoc. 19. 10.

DOCTRINA Romanensium, de [a] [1] Purgatorio, [b] [2] de indulgentiis, de [3] veneratione, et adoratione [c] tum imaginum, [d] tum reliquiarum, nec non [e] de [4] invocatione sanctorum, res est futilis, inaniter conficta, et nullis Scripturarum Testimoniis innititur: immò verbo Dei contradicit.

[1] Purgatorium, uti fabulantur Romanenses, est locus quidam apud Inferos, in quo post hanc vitam purgantur animæ, quæ in hac vita non plene purgatæ fuerant.

Homily of Prayer, part 3. Stillingfleet's Idolatry of the Ch. of Rome, p. 180 Patrick's Ans. to the Touchstone, § 47. Prideaux Fasc. Contr. C. 4. § 2. Q. 7. Jewel's Def. Apol. part 2. c. 16. Div. 1. Field of the Church, pag. 335, 751.

[2] *Indulgentiis.* Conflant Romanenses Thesaurum quendam ex superfluentibus Christi et Sanctorum meritis, cujus præcipuus Dispensator est Papa. Hic cuicunque, et quantum vult horum meritorum, applicat ad remittendas pœnas, quæ, post remissas culpas, manent luendæ. Hæc autem gratia dicitur *Indulgentia.*

Stillingfleet's Idolatry of the Ch. of Rome, p. 478. Patrick's Ans. to the Touchstone, c. 16. Field of the Church, l. 3. Append. c. 25.

[3] *De Veneratione.* Idololatriæ crimen à se propellere gestiunt Iconolatræ, distinguendo inter *Imaginem* et *Idolum*, inter *Cultum absolutum* et *relativum.* Sed frustra. Omnem enim Religiosum Imaginum Cultum vetuit Deus. Exod. 20. 4, 5. Unde vero reliquiæ sunt adorandæ? Sancti ipsi, dum in terris versarentur, Adorationem sibi exhibitam indignabundi rejecerunt. Act. 10. 25, 26. Suntne Sanctorum Reliquiæ ipsis Sanctis sanctiores?

Stillingfleet's Idolatry of the Church of Rome, c. 1. Patrick's Answer to the Touchstone § 35, 49. Homily against Idolatry. Jewel's Reply, Art. 14. Bilson of Christian Subj. part 4. p. 315.

[4] *De Invocatione.* Cum vana sit invocatio ubi deest Fides, Jac. 1. 6, 7. et Fides desit ubi deest Verbum; Invocatio Sancto-

[illegible]

[illegible]

[illegible] Nobis igitur exercitio [illegible]

Hoc est [illegible] [illegible]

[illegible] Apud inferos [illegible]

[illegible]

ARTICULUS XXII.

De Purgatorio.

DOCTRINA Romanensium de Purgatorio, de Indulgentiis, de veneratione, et adoratione, tum Imaginum, tum reliquiarum, nec non de invocatione Sanctorum, res est futilis, inaniter conficta, et nullis Scripturarum Testimoniis innititur, immo verbo Dei contradicit.

[illegible]

ART. XXII.

Sanctorum vana sit oportet, utpote nullo Dei verbo innixa. Præterea, cum unus nobis sit Mediator, 1 Tim. 2. 5. qui servare prorsus potest eos qui per ipsum accedunt ad Deum, semper vivens ut interpellet pro eis. Heb. 7. 25. Qui ad Sanctorum mediationem confugit, Christo Mediatori dedecus inurit.

Nowelli Catech. p. 105, &c. Prideaux Fasc. Contr. C. 4. § 2. Q. 1. Patrick's Answer to the Touchstone, § 33, 34. Stillingfleet's Idol. c. 2. Homily of Prayer, part 2. Field of the Church, l. 3. c. 20. and Append. c. 22. Abbot's Answer to Bishop's Epist. § 9.

CLEMENS ALEXANDR. [a] Ὁ ἐνταῦθα τὸν ἄγγελον τῆς μετανοίας προσιέμενος, οὐ μετανοήσει τότε ἡνίκα ἂν καταλίπῃ τὸ σῶμα, οὐδὲ καταισχυνθήσεται, τὸν σωτῆρα προσιόντα μετὰ τῆς αὐτοῦ δόξης καὶ στρατείας ἰδὼν, οὐ δέδιε τὸ πῦρ. *Quis dives salv. c.* 42. *pag.* 120.

Qui hìc pœnitentiæ angelum recipit, non pœnitebit tunc cum corpus reliquerit, neque confundetur dum Salvatorem cum gloriâ suâ exercituque venientem viderit. Nullus ignis exterrebit metus.

[b] Τοῦτ' ἔστι μεταγνῶναι, τὸ καταγνῶναι τῶν παρῳχημένων, καὶ αἰτήσασθαι τούτων ἀμνηστίαν παρὰ Πατρὸς, ὃς μόνος τῶν ἁπάντων οἷός τε ἐστὶν ἄπρακτα ποιῆσαι τὰ πεπραγμένα, ἐλέῳ τῷ παρ' αὐτοῦ καὶ δρόσῳ πνεύματος ἀπαλείψαι τὰ προημαρτημένα. ἐφ' οἷς γὰρ ἂν εὕρω ὑμᾶς, φησὶν, ἐπὶ τούτοις καὶ κρινῶ. *Ibid. c.* 40. *p.* 105.

Hoc est pœnitere, de transactis dolere, eaque ut è memoriâ deleantur à Patre efflagitare, qui unus omnium potest facta infecta facere misericordiâ suâ, et spiritûs rore abolere superioris vitæ delicta. In quibus enim, ait, vos invenero, in eis etiam judicabo.

CYPRIANUS. [a] Apud inferos confessio non est, nec exomologesis illic fieri potest. *Epist.* 55.

LACTANTIUS. [c] Non est dubium, quin Religio nulla sit, ubicunque simulacrum est. Nam si Religio ex Divinis rebus est, Divini autem nihil est, nisi in cœlestibus rebus; carent ergo religione simulachra:

quia

ART. XXII. quia nihil poteſt eſſe cœleſte in eâ re, quæ fit ex terrâ. *Inſtitut. l.* 2. *c.* 19.

Ecclesia Smyrnensis. [d] Ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστὸν ποτὲ καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, οὔτε ἕτερόν τινα σέβειν. τοῦτον μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ προσκυνοῦμεν, τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς τοῦ Κυρίου καὶ μιμητὰς, ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον, *v. Euſebii Hiſt. l.* 4. *c.* 15.

Ignorantes nos nec Chriſtum unquam poſſe relinquere, qui pro ſalute omnium quotquot ex genere humano ſalvi futuri ſunt mortem pertulerit, nec alium quemquam colere. Illum enim utpote Filium Dei adoramus: Martyres verò, tanquam diſcipulos et imitatores Domini merito amore proſequimur, ob eximiam eorum benevolentiam, quam erga Regem ac Magiſtrum ſuum declararunt.

Origenes. [e] Εἴπερ δεῖ πιστεύειν ἑνὶ τινὶ τῶν αἱρέσεις εἰσηγησαμένων ἐν Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις· πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, καὶ τῷ διδάσκοντι τοῦτον μόνον δεῖν σέβειν, τὰ δὲ λοιπὰ ἤτοι ὡς μὴ ὄντα, ἢ ὡς ὄντα μὲν καὶ τιμῆς ἄξια, οὐ μὲν καὶ προσκυνήσεως καὶ σεβασμοῦ, παρορᾷν; *contra Celſum, l.* 1. *pag.* 10.

Si credendum eſt uni cuipiam eorum qui Sectas induxerunt, quæ apud Græcos celebrantur aut Barbaros; quanto magis Deo hujus univerſi Domino, et ei qui docet hunc ſolum eſſe colendum, cætera vero parvi pendere, vel ut non entia, vel ut entia quidem et honore digna, ſed non adoratione et cultu religioſo.

ART. XXIII.

De Ministrando in Ecclesia.

NON licet cuiquam sumere sibi munus publice prædicandi, aut administrandi Sacramenta in Ecclesia, nisi prius fuerit ad hæc obeunda legitime vocatus et missus. Atque illos legitime vocatos et missos existimare debemus, qui per homines, quibus potestas vocandi ministros, atque mittendi in vineam Domini, publice concessa est in Ecclesia, cooptati fuerint, et adsciti in hoc opus.

[illegible]

[illegible] in eâ re, quæ fit ex [illegible]

[illegible]

Ignorantes, nos [illegible] Christo nomen [illegible] [illegible] quicunque ex [illegible] [illegible] sunt [illegible] [illegible] illum [illegible] Filium Dei adorantes [illegible] Martyres vero, tanquam discipulos et imitatores Domini [illegible] amore [illegible] [illegible] ob eam [illegible] quam erga Regem et Ma[illegible] [illegible]

Si [illegible] eorum qui [illegible] [illegible] Græcos [illegible] Dei [illegible] [illegible] colere [illegible] [illegible] [illegible]

ART. XXIII.

ART. XXIII.

De Ministrando in Ecclesia.

[a] [1] NON licet cuiquam sumere sibi munus publice prædicandi, aut administrandi Sacramenta in Ecclesia, nisi prius fuerit ad hæc obeunda legitime vocatus et missus. Atque illos legitime vocatos et missos existimare debemus, qui [b] per homines, [2] quibus potestas vocandi ministros, atque mittendi in vineam Domini, publice concessa est in Ecclesia, cooptati fuerint, et adsciti in hoc opus.

[a] Act 20. 28. Hebr. 5. 4.

[b] Tit. 1. 5.

[1] Cum ministri verbi et Sacramentorum Legatione pro Christo fungantur, 2 Cor. 5. 20. 6. 4. necesse est ut à Deo Auctoritatem accipiant et ab eo mittantur, neque sibi sumant istam Auctoritatem, nisi sint à Deo vocati. Porro, cum Deus, ex quo Apostolos vocavit, neminem *immediate* ad Ministerium vocat, restat ut qui ad Ministerium vocantur, vocentur per eos, quorum est alios vocare. Sic Apostoli ordinarunt Presbyteros et Episcopos, et Episcopi ab Apostolis ordinati alios deinceps ordinarunt.

Hooker's Eccl. Pol. l. 5. § 77. Potter of Ch. Govern. C. 4, 5.

[2] *Quibus potestas*, &c. Potestatem hanc ab Apostolorum ævo usque ad Avorum nostrorum tempora Episcopis solis concessam novimus: Exinde autem quædam Ecclesiæ (cætera etiam rite reformatæ) Presbyteris quoque concessam volunt; rectene an secus ipsæ viderint. Nos eas neque judicamus, neque spernimus. Nostratium vero, qui in Ecclesiam optime constitutam rebelles, Episcopalem hanc potestatem sibi arrogarunt, longe dispar est ratio. Proinde Hos Schismatis atque ἀταξίας reos jure ac merito habemus.

Bilson's Perpetual Government, c. 12, 13. Hall's Episcopacy by Divine Right, part 2. Hooker's Eccl. Pol. l. 7. § 5. Bishop Lloyd's Histor. Account of Church Government. Burscough of Schism, Sect. 2, 3. Scott's Christ. Life, part 2. c. 7. § 10. Field of the Church, l. 5. c. 27.

ART. XXIII.

CLEMENS ROM. [a] Τῷ ἀρχιερεῖ ἰδίαι λειτεργίαι δεδομέναι εἰσί· καὶ τοῖς ἱερεῦσι ἴδιος ὁ τόπος προςέτακται καὶ λευΐταις ἰδίαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προςάγμασιν δέδεται.

Ἕκαςος ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριςείτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτεργίας αὐτε κανόνα, ἐν σεμνότητι. *ad Cor. c.* 40, 41.

[b] Καὶ οἱ ἀπόςολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τε Κυρίε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ, ὅτι ἔρις ἔςαι ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. διὰ ταύτην ἐν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν κατέςτησαν τες προειρημένες, καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτεργίαν αὐτῶν. *id. c.* 44.

IGNATIUS. [b] Ἐπεὶ ἡ ἀγάπη εκ ἐᾷ με σιωπᾶν περὶ ὑμῶν, διὰ τετο προέλαβον παρακαλεῖν ὑμᾶς ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ Θεε. καὶ γαρ Ἰησοῦς Χριςὸς, τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν, τε Πατρὸς ἡ γνώμη, ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι οἱ κατὰ τὰ πέρατα ὁρισθέντες Ἰησε Χρισ-

Summo Sacerdoti ſua munera tributa ſunt, Sacerdotibus locus proprius aſſignatus eſt, et Levitis ſua miniſteria incumbunt, Laicus præceptis laicis conſtringitur.

Unuſquiſque veſtrum, fratres, in ſuo ordine manens, Deo in bonâ conſcientiâ gratias agat, et cum decore intra præſcriptum miniſterii ſui canonem ſe contineat.

Et apoſtoli noſtri per JeſumChriſtumDominum noſtrum norunt, contentionem de nomine Epiſcopatûs oborituram; atque ob hanc cauſam perfectâ præſcientiâ præditi conſtituerunt prædictos, ac deinceps ordinationem dederunt, ut in defunctorum locum alii probat viri ſuccedere et illorum munia exequi poſſent.

Quia charitas non fini me ſilere pro vobis; propter hoc præoccupavi rogare vos, ut concurrati ſententiæ Dei. Etenim Jeſus, incomparabile noſtrum vivere, Patris ſententia, ut et Epiſcopi, ſecundum terræ fines deter

το

[illegible] Aptè ad [illegible]
omnia facit. [illegible]

ART. XXIV.

Agendum in Ecclesia lingua, quam Populus intelligit.

LINGUA Populo non intellecta, publicè in Ecclesia preces peragere, aut Sacramenta administrare, verbo Dei, et primitivæ Ecclesiæ consuetudini planè repugnat.

[illegible]

Ubi qui Solis doctus [illegible]

Summo Sacerdoti [illegible]
[illegible] fuit, [illegible]
[illegible] Levi [illegible]
[illegible], et L[illegible]
[illegible]
[illegible]

Unusquisque [illegible]
festis in [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
Jesum Christum Dominum [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

οὖ γνώμη εἰσίν. *Epiſt. ad* *Ephes.*

minati, Jeſu Chriſti ſententia ſunt. A R T. XXIV.

A R T. XXIV.

De loquendo in Ecclesia lingua, quam Populus intelligit.

[a] LINGUA Populo non intellecta, publicas in Ecclesia preces peragere, aut Sacramenta adminiſtrare, verbo Dei, et primitivæ Ecclesiæ conſuetudini plane repugnat. [a] 1 Cor. 14. Joan. 4. 24.

[a] Cum omnis Cultus divi-us ſit mentis potius quam orporis negotium, Cultus iſte, n quo menti non eſt locus, bſurdus eſt et impius.

Homily of Common Prayer nd Sacraments. Patrick's Anſwer to the Touchſtone, § 52. Jewel's Reply, Art. 3. Nowelli Catech. pag. 112. Bilſon of Chriſtian Subjection, part 4. pag. 393. Field of the Church. Appendix to Book 3d. pag. 238.

JUSTINUS MARTYR.

Τῇ τȣ̃ ἡλίȣ λεγομένῃ ἡμέρᾳ -άντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγρȣ̀ς ιενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις ίνεται, καὶ τὰ ὑπομνημοεύματα τῶν ἀποςόλων, ἢ τὰ υγγράμματα τῶν προφητῶν ναγινώσκεται, μέχρις ἐγχωεῖ. εἶτα παυσαμένȣ τȣ̃ ἀναγιώσκοντος, ὁ προεςὼς διὰ λόγȣ ὴν νȣθεσίαν καὶ πρόκλησιν ῆς τῶν καλῶν τȣ́των μιμήσεως οιεῖται· ἔπειτα ἀνιςάμεθα

Die qui Solis dicitur, omnium qui vel in oppidis vel ruri degunt in eundem locum conventus fit; et Commentaria Apoſtolorum vel Scripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde Lectore quieſcente, Præſidens orationem, quâ populum et ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hæc

κοινῇ

ART. XXIV. κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν. *Apolog.* 1. *c.* 87.

consurgimus communiter omnes, et precationes fundimus.

Tertullianus. [a] Coimus in cœtum et congregationem, ut ad Deum, quasi manu factâ, precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est. *Apolog. adv. Gentes, c.* 39.

Origenes. [a] Ἕκαστος κατὰ τὴν ἑαυτῦ διάλεκτον εὔχεται τῷ Θεῷ, καὶ ὑμνεῖ αὐτὸς ὡς δύναται· καὶ ὁ πάσης διαλέκτυ Κύριος τῶν ἀπὸ πάσης διαλέκτου εὐχομένων ἀκύει. *contra Celsum, l.* 8. *pag.* 402.

Quisque precatur propriâ linguâ, Deumque celebrat pro viribus, et omnium linguarum Dominus omnibus linguis precantes audit.

Cyprianus. [a] Quando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare et incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis et sæcularis abscedat; nec quidquam tunc animus quàm id solum cogitet quod precatur. Ideo et Sacerdos ante orationem præfatione præmissâ parat fratrum mentes dicendo, *sursum corda*, ut dum respondet plebs; *Habemus ad Dominum:* admoneatur nihil aliud se quàm Dominum cogitare debere. Claudatur contra adversarium pectus, et soli Deo pateat; nec ad se hostem Dei tempore orationis adire patiatur. Obrepit enim frequentèr, et penetrat, et subtilitèr fallens preces nostras à Deo avocat, ut aliud habeamus in corde, et aliud in voce quando intentione sincerâ Dominum debeat non vocis sonus, sed animus et sensus orare. *de Oration Dominicâ.*

ART

ART. XXV.

De Sacramentis.

SACRAMENTA à Christo instituta non tantum sunt notæ professionis Christianorum, sed certa quædam potius testimonia, et efficacia signa gratiæ atque bonæ in nos voluntatis Dei, per quæ invisibiliter ipse in nos operatur, nostramque fidem in se non solum excitat, verum etiam confirmat.

Duo à Christo Domino nostro in Evangelio instituta sunt Sacramenta, scilicet Baptismus et Cœna Domini.

Quinque illa vulgo nominata Sacramenta, scilicet Confirmatio, Pœnitentia, Ordo, Matrimonium, et Extrema Unctio, pro Sacramentis Evangelicis habenda non sunt, ut quæ, partim à prava Apostolorum imitatione profluxerunt, partim vitæ status sunt in Scripturis quidem probati, sed Sacramentorum eandem cum Baptismo et Cœna Domini rationem non habentes, ut quæ signum aliquod visibile, seu cæremoniam, à Deo institutam, non habeant.

Sacramenta non in hoc instituta sunt à Christo ut spectarentur, aut circumferrentur, sed ut rite illis uteremur, et in his duntaxat qui digne percipiunt salutarem habent effectum: Qui vero indigne percipiunt, damnationem (ut inquit Paulus) sibi ipsis acquirunt.

[illegible] contingimus Dominum [illegible] [illegible] deprecationes [illegible] dores.

Tertullianus. [illegible] in coetum et congregationem, ut ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Haec vis Deo grata est. [illegible]

Origenes. [illegible] Quisque precatur pro [illegible] linguis [illegible] omnibus linguis precantur [illegible]

Chrysostomus. Quando autem stamus ad orationem, [illegible] partes toto corde debemus. Cogitatio enim [illegible] et [illegible] quod precatur. [illegible] Deum [illegible] Dei tempore orationis [illegible] Oratio enim frequenter [illegible] Dominum [illegible] Dominus.

ART. XXV. ART. XXV.

De Sacramentis.

[1] SACRAMENTA à Christo instituta non tantum sunt notæ professionis Christianorum, sed [a] certa quædam potius testimonia, et efficacia signa gratiæ, atque bonæ in nos voluntatis Dei, per quæ invisibiliter ipse in nos operatur, nostramque fidem in se non solum excitat, verum etiam confirmat.

[a] Act. 2. 38. 1 Cor. 10. 16. Eph. 5. 26.

[2] Duo à Christo Domino nostro in Evangelio instituta sunt Sacramenta, scilicet [b] Baptismus et [c] Cœna Domini.

[b] Mat. 28. 19.
[c] 1 Cor. 11. 23, 24, 25, 26.

[3] Quinque illa vulgo nominata Sacramenta, scilicet Confirmatio, Pœnitentia, Ordo, Matrimonium, et Extrema Unctio, pro Sacramentis Evangelicis habenda non sunt, ut quæ, partim à prava Apostolorum imitatione profluxerunt, partim vitæ status sunt in Scripturis quidem probati; sed Sacramentorum eandem cum Baptismo et Cœna Domini rationem non habentes, ut quæ signum aliquod visibile, seu cæremoniam à Deo institutam, non habeant.

Sacramenta non in hoc instituta sunt à Christo ut spectarentur, aut circumferrentur, sed ut rite illis uteremur, et in his duntaxat qui digne percipiunt salutarem habent effectum: Qui vero indigne percipiunt, damnationem (ut [d] inquit Paulus) sibi ipsis acquirunt.

[d] 1 Cor. 11. 29.

ART. XXV.

[1] *Sacramenta* sunt quidem Notæ, quibus Christiani ab Infidelibus dignoscuntur; at sunt etiam visibilia signa invisibilis gratiæ, gratiamque, quam signant, digne accipientibus exhibent. Id vero non ex *vi suâ*, sed *operatione Spiritûs Sancti*. Porro, cum ejus solius sit Sacramenta instituere, cujus est gratiam Sacramenti conferre, plura esse non possunt quam quæ Deus ipse instituit.

[2] Illum autem duo tantum, Baptismum scil. et Cœnam, instituisse constat; quoniam his tantum duobus Definitio Sacramenti convenit.

[3] *Quinque illa*, &c. Sacramenti equidem nomine quamvis fere rem sacram à Patribus insignitam legimus: At si vox ista proprie sumatur, viz. pro externo Signo Fœderis inter Deum et homines, à Deo ipso instituto, in Justificationis nostræ pignus, et Sanctificationis Medium: quæ est formalis Sacramenti Ratio; Quinque hæc è Sacramentorum numero protinus exulant.

Homily of Common Prayer and Sacraments. Nowelli Cat. p. 137. Hammond's Pract. Cat. l. 6. § 1. Jewel's Def. Apol. part 2. c. 11. Div. 2. Hooker's Eccl. Pol. l. 5. § 50 et 57. Prideaux Fasc. Controv. C. 6. Q. 1, 2.

Ne mireris, Lector, *si Sacramentorum numerum à primævis patribus totidem verbis definitum non invenias: nulla tunc temporis hâc de re mota est Quæstio. Numerum septenarium* Petrus Lombardus, *duodecimi nimirum Sæculi Scriptor, primus invexit*; Eugenius *quartus circa* An. Chr. 1439. Armenos docuit; *Concilium* Tridentinum *Decreto postea stabilivit*; *unde* Pius *quartus novo suo Symbolo eundem inseruit*; *et sic tandem ineptientis Scholiastici somnium fit Fidei Articulus. E contra* Justinus Martyr, *in Religionis nostræ expositione, in quâ etiam se neque malignè neque dissimulantèr quicquam agere profitetur*, duorum *tantum* Sacramentorum *mentionem facit*, Baptismi *sc. et* Eucharistiæ. v. Apologiam ejus primam à *cap.* 79. ad finem. *Hæc duo conjungit etiam* Tertullianus, *de cæteris silens*, de corona Militis, cap. 3. Ut Augustinum, *de doctr. Christ. l.* 3. *c.* 9. *Epist.* 118. *et* 23. Chrysostomum *in Joan. Hom.* 85. *aliosque sequiorum ætatum Scriptores taceam.*

ART.

ART. XXVI.

De Vi Institutionum Divinarum, quod eam non tollat malitia Ministrorum.

QUAMVIS in Ecclesia visibili bonis mali semper sunt admixti, atque interdum ministerio Verbi et Sacramentorum administrationi præsint; tamen cum non suo, sed Christi nomine agant, ejusque mandato et auctoritate ministrent, illorum ministerio uti liceat, cum in verbo Dei audiendo, tum in Sacramentis percipiendis. Neque per illorum malitiam effectus institutorum Christi tollitur, aut gratia donorum Dei minuitur, quoad eos qui fide et rite sibi oblata percipiunt, quæ propter institutionem Christi, et promissionem efficacia sunt, licet per malos administrentur.

Ad Ecclesiæ tamen disciplinam pertinet, ut in malos ministros inquiratur, accusenturque ab his qui eorum flagitia noverint; atque tandem justo convicti judicio deponantur.

[illegible]

Aucto-

[illegible] Sacramenta sunt quidem Signa, quibus Christiani [illegible] [illegible] sunt etiam [illegible] Signa [illegible] gratiæ [illegible] [illegible] Deum et homines, à Deo [illegible] [illegible] in Justificatione [illegible] [illegible] Sacramenta [illegible]

Homily of Common Prayer and Sacraments. [illegible]

[illegible]

[illegible] Sacramentorum [illegible] Petrus Lombardus [illegible] [illegible] Concilium Tridentinum [illegible] [illegible] Justinus Martyr, [illegible] Baptismi [illegible] Eucharistiæ [illegible] Apologiam [illegible] Tertullianum, [illegible] Augustinum, [illegible] Caryllorum [illegible] [illegible] *Scripturis* [illegible]

ART.

ART. XXVI.

ART. XXVI.

De Vi Institutionum Divinarum, quod eam non tollat malitia Ministrorum.

[1] QUAMVIS in Ecclesia visibili, bonis mali semper sunt admixti, atque interdum ministerio Verbi et Sacramentorum administrationi præsint; tamen [a] cum non suo, sed Christi nomine agant, ejusque mandato et authoritate ministrent, [b] illorum ministerio uti licet, [c] cum in verbo Dei audiendo, tum in Sacramentis percipiendis. [d] Neque per illorum malitiam effectus institutorum Christi tollitur, aut gratia donorum Dei minuitur, quoad eos qui fide, et rite sibi oblata percipiunt, quæ propter institutionem Christi, et promissionem efficacia sunt, licet per malos administrentur.

a 1Cor. 3. 5.
b Mat. 23. 3.
c Phil. 1. 15. 16. 18.
d 1Cor. 3. 7.

[e] Ad Ecclesiæ tamen disciplinam pertinet, ut in malos ministros inquiratur, accusenturque ab his, qui eorum flagitia noverint; [f] atque tandem justo convicti judicio deponantur.

e 1 Tim. 5. 19.
f 3 Joh. 10.

[1] Ministri non sua sed Christi Sacramenta ministrant, et Ecclesia in percipiendis Sacramentis non illos sed Christum ipsum respicit; ideoque non tam à Ministris, quam à Christo ipso, per Manus Ministrorum Sacramenta, percipit. Sacramentorum proinde Virtus et Efficacia non potest à Ministro, utcunque improbo, impediri, quum à Christo solo pendeat.

Whitgift's Def. Tract. 9. c. 3. Nelson's Festivals, cap. 13, and Fasts, c. 10. Field of the Church, l. 1. c. 14.

ART. XXVI. AUGUSTINUS. [a] Minister, i. e. Dispensator Verbi et Sacramenti Evangelici, si bonus est, consocius fit Evangelii, si autem malus est, non ideo Dispensator non est Evangelii. Annunciavit Petrus et cæteri boni: invitus Judas; tamen cum ipsis missus annunciavit. Illi mercedem habent, huic dispensatio credita est. *contra lit. Petiliani. l. 3. c. 55.*

CYPRIANUS. [e] *De* Felicissimo *Diacono:*——abstentum se à nobis sciat, quando ad fraudes ejus et rapinas quas dilucidâ veritate cognovimus, adulterii etiam crimen accedit, quod fratres nostri graves viri deprehendisse se nuntiaverunt, et probaturos se asseverarunt. *Epist.* 41.

A R T. XXVII.

De Baptismo.

[1] BAPTISMUS non est tantum professionis signum, ac discriminis nota, qua Christiani à non Christianis discernantur, sed etiam est [a] signum regenerationis, per quod, tanquam per instrumentum, [2] recte Baptismum suscipientes [b] Ecclesiæ inseruntur, [c] promissiones de remissione peccatorum, [d] atque adoptione nostra in filios Dei per Spiritum Sanctum visibiliter obsignantur, [e] [3] fides confirmatur, et vi divinæ invocationis gratia augetur.

[4] Baptismus parvulorum omnino in Ecclesia retinendus est, [f] ut qui cum Christi institutione optime congruat.

[a] Tit. 3. 5.
[b] 1 Cor. 12. 13.
[c] Hebr. 10. 22. Act. 22. 16.
[d] Gal. 3. 26, 27.
[e] Act. 2. 41, 42.
[f] Mat. 28. 19. 1 Cor. 7. 14. Marc. 10. 14.

[1] *Baptismus*

* Baptismi apud Patres Ecclesiæ [illegible] per immersionem, [illegible] Mat. 15. [illegible] Sacramentum, hoc [illegible] Quemadmodum [illegible] corpore [illegible] anima [illegible] [illegible] 9. 37. [illegible]

[illegible] et [illegible]

* [illegible] Walls History of Infant Baptism, and [illegible]

BARNABÆ. * Descendimus in aquam pleni peccatis et sordibus, et ascendimus fructum ferentes, præcordiis nostris timorem et Jesum habentes in Dominum in Spiritu. Barn. c. 11.

* JUSTINI MARTYRIS. [illegible]

Quicunque persuasi fuerint, et crediderint vera esse, quæ a nobis traduntur et dicuntur, ac vivere se ita posse [illegible] ——— adducuntur a nobis, ubi aqua est; et eodem Regenerationis modo, quo ipsi regenerati sumus, regenerantur. In nomine enim Parentis universorum ac Domini Dei, et Servatoris [illegible]

Augustinus. "Minister, i. e. Dispensator Verbi et Sacramenti Evangelici, si bonus est, consocius fit Evangelii, si autem malus est, non ideo Dispensator non est Evangelii. Annunciavit Petrus et caeteri boni, annunciavit Judas, tamen cum ipsis missus annunciavit. Illi mercedem habent, huic dispensatio credita est." contra lit. Petilian. l. 3. c. 55.

Cyprianus. "De Felicissimo Diacono — abstentum se a nobis sciat, quando ad fraudes ejus et rapinas quas dilucida veritate cognovimus, adulterii etiam crimen accedit, quod fratres nostri graves deprehendisse se nunciaverunt, et probaturos se affirmant." Epist. 41.

ART. XXVII.

De Baptismo.

BAPTISMUS non est tantum professionis signum, ac discriminis nota, qua Christiani a non Christianis discernantur, sed etiam est signum regenerationis, per quod, tanquam per instrumentum, recte Baptismum suscipientes Ecclesiae inseruntur, promissiones de remissione peccatorum, atque adoptione nostra in filios Dei per Spiritum Sanctum visibiliter obsignantur, fides confirmatur, et vi divinae invocationis gratia augetur.

Baptismus parvulorum omnino in Ecclesia retinendus est, ut qui cum Christi institutione optime congruat.

ART. XXVII.

[1] *Baptiſmus* apud ſacros ſcriptores quamvis *Ablutionem* denotat, ſive per immerſionem, ſive aſperſionem; v. Mat. 15. 2. Mar. 7. 3, 4. et Luc. 11. 38. Utrovis modo fiat, Gratiam per Sacramentum hoc collatam probe indicat. Quippe, ſicut Sordes corporis aquâ, ita animæ maculæ per remiſſionem peccatorum eluuntur: et, ut in immerſione nos ſepeliri et reſurgere cum Chriſto, ita in aſperſione nos mori et renaſci innuitur: cum mortuos lavare moris eſſet æque ac recens natos. Act. 9. 37.

[2] *Recte baptiſmum ſuſcipientes*, i. e. in nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti, unà cum ſeriâ Fidei et Reſipiſcentiæ profeſſione.

[3] *Fides* augetur, in adultis ſaltem; quin et pro infantibus Deum ab Eccleſia fruſtra invocari quis autumat?

[4] *Baptiſmus Parvulorum.* Nam talium eſſe Regnum Dei aſſerit Chriſtus; et omnes gentes (gentes autem tam ex parvulis quam ex adultis conſtant) baptizari jubet.

Nowelli Cat. p. 141. Hammond's Pract. Cat. l. 6. § 2, 3. Wall's Hiſtory of Infant Baptiſm, and Confer. Walker's modeſt Plea. Jewel's Def. Apol. part 2. c. 11. Diviſ. 3. Prideaux Faſc. Controv. C. 6. Q. 4.

BARNABAS. [a] Deſcendimus in aquam pleni peccatis et ſordibus, et aſcendimus fructibus pleni, in præcordiis noſtris timorem et ſpem habentes in Dominum in Spiritu. *Epiſt. c.* 11.

JUSTINUS MARTYR. Ὅσοι ἂν πεισθῶσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται—[a] ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστὶ, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως, ὃν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀνεγεννήθημεν, ἀναγεννῶνται. *Apolog.* 1. *c.* 79. [c] ὅπως ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, ὑπὲρ ὧν προημάρτομεν, τύχωμεν ἐν τῷ ὕδατι——[e] καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν Φωτισμὸς, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν

Quicunque perſuaſi fuerint, et crediderint vera eſſe, quæ à nobis traduntur et dicuntur, ac vivere ſe ita poſſe receperint ———adducuntur à nobis, ubi aqua eſt; atque eo Regenerationis modo, quo ipſi regenerati ſumus, regenerantur. . . . Ut Remiſſionem peccatorum, quæ ante peccaveramus, in aquâ conſequamur.—— Vocatur verò lavacrum hoc Illuminatio, quòd eo-

ART. XXVII.

ταῦτα μανθανόντων. *ibid. c.* 80.

THEOPHIL. ANTIOCH. "Ἔτι μὲν καὶ εὐλογήθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὰ ἐκ τῶν ὑδάτων γενόμενα, ὅπως ᾖ καὶ τοῦτο εἰς δεῖγμα τοῦ μέλλειν λαμβάνειν τοὺς ἀνθρώπους μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ ὕδατος καὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας πάντας τοὺς προσιόντας τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἀναγεννωμένους καὶ λαμβάνοντας εὐλογίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ. *ad Autol. l.* 2. *pag.* 109.

rum, qui hæc discunt, mentes illuminentur.

Præterea quæ ex aquis orta sunt, benedicta sunt, ut ostenderetur homines accepturos pœnitentiam et peccatorum remissionem per aquam et Regenerationis lavacrum, quotquot accedunt ad veritatem, et regenerantur accipientes benedictionem à Deo.

IRENÆUS. Omnes venit per semetipsum salvare, "omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum, infantes, et parvulos, et pueros, et juvenes, et seniores. *adv. Hær. l.* 2. *c.* 39.

CYPRIANUS. "Si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, et à baptismo atque à gratia nemo repellitur; quanto magis prohiberi non debet Infans, qui recens natus, &c. *ad Fidum Epist.* 64.

ART. XXVIII.

De Cæna Domini.

1 Cor. 10. 17.

b Mat. 26. 26, 27, 28. Luc. 22, 19, 20.

COENA Domini non est tantùm [a] signum mutuæ benevolentiæ Christianorum inter se, [b] verùm potiùs est Sacramentum nostræ per mortem Christi redemptionis.

Atque

Atque adeo, rite, digne, et cum fide fumentibus, panis quem frangimus eft communicatio corporis Chrifti: fimiliter poculum benedictionis, eft communicatio fanguinis Chrifti.

Panis et Vini Tranfubftantiatio in Euchariftia ex facris literis probari non poteft. Sed apertis Scripturæ verbis adverfatur, Sacramenti naturam evertit, et multarum fuperftitionum dedit occafionem.

Corpus Chrifti datur, accipitur, et manducatur in Cœna, tantum cœlefti et fpirituali ratione: Medium autem, quo corpus Chrifti accipitur, et manducatur in Cœna, fides eft. Joh. 6.

Sacramentum Euchariftiæ ex inftitutione Chrifti non fervabatur, circumferebatur, elevabatur, nec adorabatur.

[illegible]

[illegible]

Irenaeus. Omnes venit per semetipsum salvare omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum, infantes, et parvulos, et pueros, et juvenes, et seniores. *adv. Haer. l.* ii. c. 39.

Cyprianus. Si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissio peccatorum datur, et a baptismo atque a gratia nemo prohibetur; quanto magis prohiberi non debet Infans, qui recens natus, &c. *ad Fidum Epist.* 64.

ART. XXVIII.

De Coena Domini.

COENA Domini non est tantum signum mutuae benevolentiae Christianorum inter se, verum potius est Sacramentum nostrae per mortem Christi redemptionis.

Atque

Atque adeo, rite, digne, et cum fide sumentibus, [c] panis quem frangimus est communicatio corporis Christi: similiter poculum benedictionis, est communicatio sanguinis Christi. ART. XXVIII. [c] 1 Cor. 10. 16.

Panis et Vini [2] Transubstantiatio in Eucharistia ex sacris literis probari non potest. Sed [d] apertis Scripturæ verbis adversatur, Sacramenti naturam evertit, et multarum superstitionum dedit occasionem. [d] 1 Cor. 11. 27, 28.

[e] Corpus Christi datur, accipitur, et manducatur in Cœna, [3] tantum cœlesti et spiritali ratione: [4] Medium autem quo corpus Christi accipitur, et manducatur in Cœna, [f] fides est. [e] Joh. 6. 63. [f] Joh. 6. 35.

Sacramentum Eucharistiæ [5] ex institutione Christi non servabatur, circumferebatur, elevabatur, nec adorabatur.

[1] *Cœna Domini* est quidem signum mutui amoris, intimæque Communionis apud Christianos; sed præcipue ostendit Christum pro nobis oblatum victimam piacularem; et talem revera exhibet unicuique sacra elementa digne participanti.

Hooker's Eccl. Pol. l. 5. § 67. Jewel's Def. Apol. part 2. c. 12. Div. 1.

[2] *Transubstantiatio*, i. e. Substantiæ panis et vini in Substantiam Carnis et Sanguinis Christi conversio. Res, si rationi et sensibus ulla sit fides, absurdissima; et cui à Scriptura contradicitur, quæ panem et poculum, etiam post consecrationem, panem et poculum esse dicit: quin et ab ipso Missæ Canone, in quo oratur ut Eucharistia fiat *nobis* Corpus et Sanguis Domini; unde ita *in se* non esse plane innuitur. Sacramenti quinetiam naturam evertit; nihil enim potest esse sui Sacramentum. Denique superstitionibus, elevationi sc. circumgestationi, imò et Αρτολατρείᾳ occasionem dedit.

ART. XXVIII.

Nowelli Cat. p. 150. Jewel's Def. Apol. part 2. c. 13. Div. 1. and Reply, Art 5. 10, 25, 26. Rubrick after the Communion Service. Mason de Min. Angl. l. 5. c. 6. Tillotson's Discourse against Transubstantiation. Pearson on the Creed, Art. 3. p. 162.

[3] *Cœlesti et spiritali ratione.* Terreno enim et corporali modo id facere, flagitium et facinus esse dicit Augustinus. Ideoque textum istum Jo. 6. 53. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis et sanguinem biberitis, non habetis vitam in vobis,* figuram esse ait, "quæ præcipit "passioni Domini esse com-"municandum, et suaviter et "utiliter recondendum in me-"moria, quod pro nobis Caro "ejus crucifixa et vulnerata "sit." Augustin. de doct. Christiana, lib. 3. c. 16. Qui etiam sic interpretatur ista Christi dicta. Joh. 6. 63. "Spi-"ritualiter intelligite quod lo-"cutus sum. Non hoc Corpus "quod videtis manducaturi "estis, et bibituri istum San-"guinem, quem fusuri sunt "qui me crucifigent. Sacra-"mentum vobis commendavi, "quod Spiritualiter intellec-"tum vivificabit vos." Aug. in Psal. 98.

[4] *Medium autem,* &c. Cum dicat Christus, Nisi manduca-veritis, &c. non habetis vitam, Jo. 6. 53. idemque dicat, Qui credit in me habet vitam æternam, ibid. v. 47. patet medium quo manducatur esse Fidem.

Homily on the Sacrament, part 1. Nowelli Cat. p. 77, 150. Jewel's Def. Apol. part 2. c. 13. Div. 1. Bilson of Christian Subj. part 4. p. 582, &c.

[5] Dixit Christus, *Accipite, edite, bibite*; non *servate, circumferte,* &c.

Jewel's Def. Apol. part 2. c. 15. Divis. 1. and Reply, Art. 7, 8, 9.

JUSTINUS MARTYR.

[c] Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν,

Non enim ut communem panem, neque communem potum, ista sumimus: sed quemadmodum per verbum Dei Jesus Christus Servator noster, et carnem et sanguinem salutis nostræ causâ habuit, sic etiam, in quâ per preces Verbi ab ipso profecti gratiæ sunt actæ, alimoniam, unde sanguis et caro nostra per mutationem

ἐκείνου

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Dominus [illegible] Augustinus [illegible] Carthag. [illegible]

JUSTINUS MARTYR.

[illegible]

Non enim ut commu- nem panem, neque com- munem potum, [illegible] Dei Jesus Christus Salvator noster [illegible]

ART. XXVIII.

ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. *Apol.* 1. *c.* 86.

aluntur, incarnati illius Jeſu carnem et ſanguinem eſſe docti ſumus.

IRENÆUS. [c] Ὡς γὰρ ἀπὸ γῆς ἄρτος προσλαμβανόμενος τὴν ἐπίκλησιν τοῦ Θεοῦ οὐκέτι κοινὸς ἄρτος ἐστὶν, ἀλλ' εὐχαριστία, ἐκ δύο πραγμάτων συνεστηκυῖα, ἐπιγείου τε καὶ οὐρανίου. *adverſ. Hær. l.* 4. *c.* 34.

Quemadmodum enim qui eſt à terrâ Panis, percipiens invocationem Dei jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans terrenâ et cœleſti.

Χριστιανῶν κατηχουμένων δούλους [d] Ἕλληνες συλλαβόντες, εἶτα μαθεῖν τὶ παρὰ τούτων δῆθεν ἀπόρρητον περὶ Χριστιανῶν ἀναγκάζοντες, οἱ δοῦλοι οὗτοι, μὴ ἔχοντες πῶς τὸ τοῖς ἀναγκάζουσι καθ' ἡδονὴν ἐρεῖν, παρόσον ἤκουον τῶν δεσποτῶν, τὴν θείαν μετάληψιν αἷμα καὶ σῶμα εἶναι Χριστοῦ, αὐτοὶ νομίσαντες τῷ ὄντι αἷμα καὶ σάρκα εἶναι, τοῦτο ἐξεῖπον τοῖς ἐκζητοῦσι. οἱ δὲ λαβόντες ὡς αὐτόχρημα τοῦτο τελεῖσθαι Χριστιανοῖς, καὶ δὲ τοῦτο τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἐξεπόμπευον, καὶ τοὺς μάρτυρας Σάγκτον καὶ Βλανδίναν ὁμολογῆσαι διὰ βασάνων ἠνάγκαζον. οἷς εὐστόχως Βλανδίνα ἐπαρρησιάσατο πῶς ἂν, εἰποῦσα, τούτων ἀνάσχοιντο οἱ μηδὲ τῶν

Cum Græci ſervos Chriſtianorum in divinis myſteriis edoctorum apprehendiſſent, deinde vim inferrent, ut videlicet arcanum quippiam ab his de Chriſtianis diſcerent; ſervi illi, non habentes quomodo vim inferentibus ad placitum loquerentur, præterquam quod à Dominis audierant, divinam communionem eſſe ſanguinem et corpus Chriſti: exiſtimantes ipſi quod verè ſanguis et caro eſſet, hoc reſponderunt inquirentibus. Illi verò id ita accipientes, ac ſi re ipſâ hoc perageretur à Chriſtianis, hoc aliis quoque manifeſtabant Græcis, et Martyres, Sanctum et Blandinam, id fateri tormentis cogebant. Quibus ſcitè et liberè Blandina reſpondit, dicens: Quomodo hæc ferrent, qui ob ſacram exercitationem

ἐφειμένων

ART. XXVIII.

ἐφειμένων κρεῶν δι' ἄσκησιν ἀπολαύοντες; *pag.* 469.

ne concessis quidem carnibus vescerentur?

Tertullianus. [d] Acceptum panem et distributum discipulis, corpus suum illum fecit, hoc est corpus meum dicendo, id est, figura corporis mei. *adv. Marcion. l.* 4. *c.* 40.

